




A
2-399



C-36-R.2.

27-8

27-9



~~NON REFLECTIVE~~
~~NON REFLECTIVE~~
~~NON REFLECTIVE~~

2025 RELEASE UNDER E.O. 14176

0
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15



7 - K

C-36-R.2.

27-8

27-9




RECEIVED
FBI - PORTLAND
RECEIVED

2025 RELEASE UNDER E.O. 14176




19-7-16



C

C



4

R. 2053

DE RATIONE
D I C E N D I .
S I V E

- I. Aphthonij Sophistæ Progymnasmata.
- II. De Conscribendis Epistolis.
- III. De Rheticâ Facultate Libri tres.

*Opus ex Optimis Rhetoribus collectum , & in brevissimam
formam dilucidamque digestum.*

Accessit nunc primū Ars tractandorum Animi Affe-
ctuum, Universæ Oeconomia Sapientiæ,
& alia nonnulla.

A U T O R E

P. BARTHOLOMÆO ALCAZAR s. f.
Murciano;

Olim in Scholis Regijs Collegij Cesarei Matritensis
Publico Eloquentiæ Professore.

AD EXCELL. D. D.

COMITEM DE PALMA, MARCHIONEM DE
Montes-Claro s. c.

Anno



1683.
INTER
LIBRARIA
1683.

CUM PRIVILEGIO.

Matriti, ex Typographio Jo. Garcie Infançonis.

C

L

A

EXCELLENTISSIMO PRINCIPI,
AC D. D. LUDOVICO ANTONIO
FERNANDEZ PORTOCARRERO BOCA-
NEGRA MENDOZA ET LVNA,
Comiti de Palma , Marchioni de Montes-Claros ,
Regi à Cubiculis Bellique Consilijs , olim in litto-
rali Regni Granatensis Tractu Generali
Armorum Duci , &c.

P. BARTHOLOMAEVS ALCAZAR S. J. S. & F.

BRincipibus Viris (COMES EX-
CELENTISSIME) necessa-
riam esse Eloquentiam (non so-
lum ijs, qui pacis in tranquillita-
te Reip. clavum tenent; sed ijs prætereà, qui
vel expeditiones militares in Castris tra-
stant, vel in Aula bellica negotia expediūt)
testantur quotquot de Rebus publicis bene
constituendis præcepta tradiderunt. Sanè
Cicero Eloquentiæ ipsius facile Princeps
(lib. 4. de Fin.) maximo illis asserit ornamēto
esse. Emmanuel autem Paleologus Impera-
tor Constantinopolitanus filium monens (in

C
Comment. de Bono Principis) Rectè, ait, fa-
cies, Charissime Fili, si ita virtuti studeas, ut Elo-
quentiae studia nullo modo negligas: cùm & sim-
pliciter: ut utilia sunt; sic & ad res utiles atque
bonas plus adiumenti, quām ulla res alia, mea
quidem opinione, afferunt. Leo etiam Impera-
tor (de Bellic. Apparat.) Plus, ajebat, necef-
saria est Imperatori exercitus Eloquentia, quām
infirmo Medicus. Idem bonos causarum Pa-
tronos in Militibus accentiebat. (L. Advo-
cati. C. de Advoc.) Non enim, inquit, solos
nostro Imperio militare credimus, qui gladijs, &
clipeis, & thoracibus nituntur; sed etiam Advoca-
tos. Militant namque causarum Patroni, qui glo-
riosæ vocis confisi munimine laborantibus spem,
vitam, & posteros defendunt. Vnde patet Mili-
tes & Oratores, Aulam & Castra, quodam
inter se quasi communi cognationis vincu-
lo contineri. Profectò Acroama est Euripi-
deum,

Orationem confiscere omnia vi sua.

Quacunque ferrum hostile posset consequi.

Nulla igitur (Auctore Onofandro in Strateg.
c. I.) Resp. aut Exercitum sine Imperatore, aut

Im-

Imperatorem absque Eloquentia mittat. Respon-
dent & Auctorum testimoij, clarissimo-
rum Virorum exempla, qui vel magnorum
Exercituum Duces Eloquentiam excolue-
runt, vel in Aulico Magistratu ingentes,
Eloquentiæ vi, tumultus compescuerunt.
Philippus namque Macedoniæ Rex non mi-
nores res Oratione, (referente Poliæn. lib. 4.)
quām prælio confecit; ac magis sibi placuit,
si quam verbis esset adeptus victoriā, quām
si quos armis in suam potestatem redigis-
set: quippe horum partem sibi milites ven-
dicare existimabat; illa ad suam vnius lau-
dem pertinere. Romani Imperij primus af-
fertor Iulius Cæsar quæ præclarissimè inter-
diu gladio gerebat, stylo noctu elegantissi-
mo æternitati consignabat. Magnus quoque
Pompejus (fortuna, non causa, Cæsare mi-
nor) in vtraque gladij, studijque gloria ex-
celluit. Quid referam Pharsalium Thucy-
didem, hospitemque Atheniensium, civi-
oratione sua continentem? Quid Periclem,
qui Suadæ an lenocinio, an fulgure? eorum-
dem Remp. suo arbitrio egit, ac versavit?

Quid Epaminodam Thebanum, qui contrā
Lacedæmonias, linguæ illecebris, Græcorum
animos, quò voluit, traduxit? Quid M. Popi-
lum Rom. Cos. qui plebis contra Patres
concitationem oratione sedavit? Mitto Me-
nenium Agrippam, Furium Camillum,
P. Scipionem, Germanicum, Othonē, alios,
qui militum seditiones eloquio composue-
runt. Te vnum non præteribo, prior fami-
liæ tuæ duxor Cicero, cuius Togæ Arma,
cuius Linguae Laurea cœcessit; quem Patriæ
Parentem primùmque Conservatorem ple-
nis Rom. Resp. vocibus conclamavit: Qui,
difficillimis temporibus, fleximinae Suadelæ
viribus ac præsidio usus, Tyrannidem affe-
ctantem molientemque Catilinam retudi-
sti, ex Vrbe dejecisti, ad perniciem ultimam
perduxisti; Clodij vim ac furorem repressi-
sti; Antonianorum cohortes, an catevas? in
omnia strepitū ac terrore armorum inva-
dentes, ex Vrbe proscripti. Usque adeò
Eloquentia dominatur in animis, decet
que Principes Viros, ut quos illustres re-
pererit, majestate sua decoret; quos au-

tem

tem ignobiles, illustrissimos reddat. Ve-
rum tamen Poëtam nasci, Oratorem (si
ve Sagatus ille futurus sit, sive Togatus)
Rheticæ præceptis fieri adiuvarique; vul-
gata omnium in ore sententia pervaga-
tur. Quamobrem (EXCELENTISSIME
PRINCEPS) cùm Te apud Gotholanicos
sexennium integrum multo cùm strenuita-
tis Tuæ plausu dimicasse; apud littorales ve-
rò Granatenses Arma summo cùm Impe-
rio rexisse; pridemque in Catholici Re-
gis nostri Aula ad summa Belli negotia
adscitum in Consilium cerno, atque in-
genio vbique ac prudentia præcellentem
intueor & fuscipio: Has meas Rhetori-
ces præceptiones in epitomen (veluti Ilia-
dem in nucleo) coarctatas, Tuorumque
bellicorum munera haud alienas, Tibi
offerò, ad dedico: vt Tuo patrocinio tu-
tores, Tuo nomine commendatores eva-
dant, Tuaque PALMA triumphent. Multi
anni iam sunt, quòd tuam erga me be-
nignitatem experior: quam ingratitudi-
nis situ squalere non patiar. Meas igitur

hasce quoque lucubrationes (licet exiles) benignus excipio, quas in me beneficiorum à Te (PRINCEPS BENIGNISSIME) collatorum mnemosynon perpetuum esse desiderios; vii & aeternum obseruantiae adversus Te meæ monumentum. VALE.

Facultas Provincialis.

DIDACVS HYACINTHVS DE TEVAR Præpositus Provincialis Societatis Jesu in Provincia Toletana, potestate ad id mihi facta à R. A. P. N. Præposito Generali Jo. PAVLO OLIVA, facultatem facio, ut liber inscriptus De RATIONE DICENDI, &c. à P. BARTHOLOMAEO ALCAZAR nostraræ Societati Theologo compositus, & iusdem Societatis gravium doctorumque hominum judicio approbatus, typis mandetur. In quorum fidem has literas manu nostra subscripas, & sigillo nostro munitas dedimus. Matriti in nostro Colegio Imperiali 11. die mensis Septembris, Anni 1681.

Didacus Hyacinthus

Locus + Sigilli.

de Tevar.


Censura R. P. Petri de Fomf rosa è Societate Jesu, in Colegio Imperiali Scholarum Humaniorum
Præfecti.

V sis legi tria isthæc de Ratione dicendi Opuscula à P. BARTHOLOMAEO ALCAZAR è nostra Societate composta: ubi diligenter quidem, acutè, breviter, & diuclide totius Rhetoricæ artis præcepta, mirâ quadam, & paucis solitâ conjunctione complectitur. Ut omnibus, quotquot ea præ manibus habuerint (sive illi Candidati Eloquentiæ sint, sive iam pridem Laureâ donati)

copy

compendio multō, atque studij & operæ pretiō existimem profutura. Non illa morum probitati, non Ecclesiæ dogmatibus adversari; imò verò luce dignissima esse censeo, Salvo, &c. Matriti in nostro Collegio Imperiali Societatis Jesu 13. Septembris, Anni 1681.

Petrus de Fomperosa.



FACULTAS ORDINARII MATRITENSIS.

Imprimatur.

D. D. Ant. Paschasius.

J. Alvarez de Llamas,

Notarius.

PP
Judicium R. P. Joannis Cortes Ossorio è Societate Jesu, Sacrae Theologiae Professoris, & in Supremo S. Inquisitionis
Senatu Propositionum Fidei Censoris.

M. P. S.

DE mandato Regij Senatūs vidi, & perlegi hanc Rhetorices brevem Epitomen, præclaris Eloquentiæ documentis instructam, in qua Auctoris peritia ita discentium vtilitati stylum attemperavit, vt ea, quæ in abstrusioris Oratoriæ arcanis delitescentia tyronibus inaccessa latebant, quasi è latebris deprompta, & in claram lucem exhibita, vel rudioribus facilia, indequæ magis profutura luculenter proponantur. Sed quamvis hoc opusculum fusori commendatione dignū appareat; quia tamen præstat eius compendiosam methodum imitari, quām longum sermonem effundere; breviter dixisse sufficiat selectioribus præstantissimorū Oratorum & Rhetorum præceptis esse refertum, concinnâ brevitatem compactum, dilucidâ claritate conspicuum, atque eis exemplis ornatum, vt longè absit, quod Christianæ Pietati & probis motibus obsit, quin potius rectæ puerorum educationis religiosum studium ostendat,

dat, adeo, ut in eo elucubrando, non magis Praeceptor
attenderit docere suos Auditores bene dicere, quam
benè agere. Quapropter, si facultas cōcedatur, ut typis
mandetur, & in lucem prodeat: studiosorum commodi-
tati, & utilitati publicæ consultum fore videtur. Matri-
ti in Collegio Imperiali Societatis Jesu 24. Septembris
1681.

Ioannes Cortes Ossorio.

SUMMA PRIVILEGI.

CAROLI II. Hispaniarum Regis Catholici Diplo-
mate cautum est, ne quis hunc *De Ratione dicendi*
Librum, præter P. BARTHOLOMAEI ALCAZAR S. I.
Scholis Humanioribus Collegij Imperialis Matritensis Prefe-
di voluntatem imprimat; eum, qui secus faxit, gravi
pena multitudinem: ut latius patet in autographo Ma-
riti per Gabr. Arctium referendato.

ERRATA SIC CORRIGE.

Pagina 19. linea penult. *Celissima*, lege, *Celissima*:
lin. vlt. *Optimates*, lege, *Optimates*. P. 31. l. 27. ne-
gligentiam, lege, negligentia. P. 37. l. 15. sim, lege, fin.
P. 59. l. 3. amare, lege, amare. P. 72. l. 9. *Quareris*, lege,
Quereris. P. 119. l. 19. cetera, lege, ceteras. P. 153. lin. vlt.
pruina. Spargitur, lege, *pruina* Spargitur. P. 157. l. 1. feli-
citate, lege, felicitati. P. 172. l. 11. fit, lege, sit.

Hic Liber cui titulus est, *De Ratione Dicendi*, &c. Au-
tore PATRE BARTHOLOMAEO ALCAZAR, correctis his his
mendis, suo respondet Autographo. Matri 16. De-
cembris anni 1687.

D. Martinus de Ascarza,
Corrector Generalis, &c.

SUMMA TAXAE.

Fusso Reg. Consil. Liber hic senis, in singulas 8. folior. phi-
lyras, maravedisjs taxatus est.

LEC

LECTORI S.

SEXENNIVM iā est, ex quo primū prodijt in publicū
hæc mea tripartita dicendi ratio; vbi ita brevī multa
complecti animus fuerat, vt Rhetorices cādidati sine
temporis ærisve dispendio, ea omnia reperirent, quæ ut
Oratore à primis eloquendi incunabulis ad summa Fori
Christiani Rostra evehere possent, apta aut necessaria
viderētur. Utque votis faciliūs, securiūs etiam, conatu
responderent; Celebriorum Artis Magistrorum Ari
stotelis, Ciceronis, Quintiliani, Aphthonij, Cypriani,
Causini, Vossij, Pelleterij, Pomeij, Bravi, Macropedij,
aliorumque voluminibus accuratā sedulitate perlectis,
ea mihi ex singulis (haud pudet sanè fateri per quos
profecerim) præcepta exemplaque depropensi, quæ op
portuniora, cōcisiora, clarioraque fore existimavi: quo
rum opportunitate necessitati Scholasticorum, conci
fione egestati & tempori, claritate intelligentiæ provi
derem. An scopū attigerim, nescio: clausissim, me her
cle, *Totum in Exiguo*, quod Magni Artificis esse, ajebat
Seneca. Hoc saltēm scio, laborem meum viris cætero
qui doctrinâ, ingenio, judicioque præditis non dispi
cuisse: quorum vbi primū ad manus pervenit, missis
aliorum (quibus vtebantur ad tradendam Eloquentiā)
libris, hunc meum qualem cumque discipulis commen
dārunt, atque in Scholas invexerunt. Ergo cùm, distra
ctis iam prioris editionis exemplaribus, iterum prælo
committere opus sit; legi iterum, səpiusque, vt limatiūs
evaderet: aliqua mutavi, alia emēdavi, nonnulla disper
sim adjeci, totum opus in Libros, & Capita distinxī; tra
stendorū Animi Affectuum Artem, prius omissam, in
serui; vti & variam Locorum Communium ex Cicero
ne supellectilem, ad vberiora amplificationum exēpla,

nostro Causino collectam atque digestam: addidi Uni-
versæ Oeconomiam Sapientiæ, tandemque duos Indi-
ces, alterum Opusculorum Librorum & Capitum, alte-
rum Alphabeticum Rerum selectiorum. Tu, LECTOR,
siquid erravero, benignus ignoscito; siquid placuerit,
non mihi, sed Luminum Patri adscribito; bene feliciter-
que vtere, & Vale.




INDEX

INDEX OPUSCULORUM, LIBRORUM, ET CAPITUM.

APHTHONII PROGYMNASMATA.


- | | | | |
|----------------------------------|---------|----------------------------------|-----|
| Cap. 1. <i>De Fabula.</i> | Pag. 1. | Cap. 8. <i>de Laude.</i> | 10. |
| Cap. 2. <i>de Narratione.</i> | 3. | Cap. 9. <i>de Vituperatione.</i> | 10. |
| Cap. 3. <i>de Chria.</i> | 4. | Cap. 10. <i>de Coparatione.</i> | 11. |
| Cap. 4. <i>de Sententia.</i> | 5. | Cap. 11. <i>de Ethopaeja.</i> | 12. |
| Cap. 5. <i>de Refutatione.</i> | 6. | Cap. 12. <i>de Descriptione.</i> | 13. |
| Cap. 6. <i>de Confirmatione.</i> | 7. | Cap. 13. <i>de Thisi.</i> | 14. |
| Cap. 7. <i>de Loco Communi.</i> | 8. | Cap. 14. <i>de Legislatione.</i> | 16. |



DE CONSCRIBENDIS EPISTOLIS.

- | | | | |
|---|-----|-----------------------------------|-----|
| Cap. 1. <i>De Epistole natura</i> | | §. 2. <i>Commendatitia.</i> | 26. |
| & generibus, stylo & ordine | | §. 3. <i>Conciliatoria.</i> | 27. |
| partium. | 17. | §. 4. <i>Consolatoria.</i> | 28. |
| Cap. 2. <i>Epistole Salutatio.</i> | 18 | §. 5. <i>Dedicatoria.</i> | 29. |
| Cap. 3. <i>Epistole Exordium,</i> | | §. 6. <i>Dehortatoria.</i> | 29. |
| <i>Propositio, Confirmatio, &</i> | | §. 7. <i>Deprecatoria.</i> | 30. |
| <i>Conclusio.</i> | 20. | §. 8. <i>Disputatoria.</i> | 31. |
| Cap. 4. <i>Salutatio & Resalua-</i> | | §. 9. <i>Diffusoria.</i> | 31. |
| <i>tatio per alios.</i> | 20. | §. 10. <i>Excusatoria.</i> | 31. |
| Cap. 5. <i>Valedicō, Locī Tem-</i> | | §. 11. <i>Expostulatoria.</i> | 32. |
| <i>porisque notificatio, & Chi-</i> | | §. 12. <i>Exprobatoria.</i> | 33. |
| <i>rographum.</i> | 22. | §. 13. <i>Expurgatoria.</i> | 33. |
| Cap. 6. <i>Postscriptum, & In-</i> | | §. 14. <i>Gratiarum affectus.</i> | 34. |
| <i>scriptio à tergo.</i> | 23. | §. 15. <i>Gratulatoria.</i> | 35. |
| Cap. 7. <i>Epistolarum Forme,</i> | | §. 16. <i>Hortatoria.</i> | 36. |
| <i>seu species.</i> | 25. | §. 17. <i>Imperans.</i> | 37. |
| §. 1. <i>Accusatoria.</i> | 25. | §. 18. | |

§. 18. Impetratoria.	37.	§. 26. Objurgatoria.	42.
§. 19. Indicativa.	38.	§. 27. Officiosa.	43.
§. 20. Inveftiva.	38.	§. 28. Petitoria.	43.
§. 21. Focosa.	39.	§. 29. Prohibens.	44.
§. 22. Lachrymosa.	39.	§. 30. Suafforia.	45.
§. 23. Laudatoria.	40.	§. 31. Valedictoria.	45.
§. 24. Monitoria.	41.	§. 32. Vituperatoria.	46.
§. 25. Narratoria.	41.		



DE RHETORICA FACULTATE.

L I B E R I .

DE INVENTIONE.

C Ap. 1. Natura, Offi- cium, Finis, & Mate- ria Rhetoricae.	47.
Cap. 2. Partes & Auxilia Rhetoricae.	49.
Cap. 3. De Inventione & Locis Oratorijs genera- tim.	50.
Cap. 4. De Locis Insitis.	51.
Cap. 5. De Locis Remo- tis.	55.
Cap. 6. Qua ^r ratione eruantur Argumenta e Locis Rheticis.	56.
Cap. 7. Ars tractandorum Animi Afflitionum.	59.
§. 1. Amor.	60.

§. 2. Odium.	60.
§. 3. Desiderium , & ga.	61.
§. 4. Gaudium , seu Lati- tia.	61.
§. 5. Tristitia, seu Dolor.	62.
§. 6. Spes.	63.
§. 7. Desperatio.	63.
§. 8. Metus, seu Timor.	64.
§. 9. Audacia , seu Confi- dentialia.	64.
§. 10. Ira.	65.
§. 11. Mansuetudo , seu Cle- mencia.	66.
§. 12. Misericordia.	66.
§. 13. Indignatio.	66.
§. 14. Invidia.	67.
§. 15. Aenulatio.	68.
§. 16. Pudor & Verccun- dia.	68.
	69.

§. 17. <i>Gratia.</i>	69.	Cap. 11. <i>De Inventione Generis Deliberativi.</i>	95.
§. 18. <i>Monita quedam pro apta Affectionum tractatione.</i>	69.	Cap. 12. <i>De Inventione Generis Judicialis.</i>	98.
Cap. 8. <i>De Amplificatione, per quam Motus Animorum concitantur.</i>	71.	Cap. 13. <i>Oeconomia Sapientie universae, pro Materia dicendi methodice inventienda.</i>	199.
Cap. 9. <i>Varia Locorum Communium ex Cicerone superlex, ad uberiora Amplificationum exempla, notatis numeris. (ex Nicol. Causino.</i>	73.	THE END OF THE LIBRARY	
Cap. 10. <i>De Inventione Generis Exornativi.</i>	84.	LIBER II.	
§. 1. <i>Dei Opt. Max. atque Virtutis Laus.</i>	84.	DE DISPOSITIONES.	
§. 2. <i>Laus Personæ generaliter.</i>	85.	Cap. 1. <i>De Exordio.</i>	112.
§. 3. <i>Laus Personæ per Ætatis & Dignitatis discriminationem.</i>	87.	Cap. 2. <i>De Narratione.</i>	115.
§. 4. <i>Laus Animalis.</i>	89.	Cap. 3. <i>De Confirmatione, & Confutatione.</i>	116.
§. 5. <i>Laus Facti singulare.</i>	90.	Cap. 4. <i>De Peroratione.</i>	120.
§. 6. <i>Laus Artis & Scientie.</i>	92.	Cap. 5. <i>Species, Inventio, & Dispositio Orationum Generis Exornativi.</i>	121.
§. 7. <i>Regionis & Insule, Vrbisque Laus.</i>	92.	§. 1. <i>Panegyricus.</i>	121.
§. 8. <i>Aedificij Templique Laus.</i>	93.	§. 2. <i>Oratio Nuptialis, seu Epithalamium.</i>	122.
§. 9. <i>Arboris, Fluminis, Mosis, Legi, Temporisque Laus.</i>	94.	§. 3. <i>Genethliacum.</i>	123.
		§. 4. <i>Oratio Lustrica.</i>	125.
		§. 5. <i>Epinicium.</i>	126.
		§. 6. <i>Petitio.</i>	127.
		§. 7. <i>Eucharisticum.</i>	128.
		§. 8. <i>Inauguratio Principis.</i>	129.
		§. 9. <i>Creatio Doctoris.</i>	130.
			§. 10.

§. 10. Institutio Magistra-		Cap. 1. De Triplice dicendi	
tus.	130.	stylo.	148.
§. 11. Stemmatum Pra-		Cap. 2. Verborū delectus.	149.
xis.	131.	Cap. 3. De Tropis.	150.
§. 12. Nuncupatio.	132.	Cap. 4. De Figuris genera-	
§. 13. Prophonema.	132.	tim.	154.
§. 14. Apobaterium.	133.	Cap. 5. Figurae per adjectio-	
§. 15. Propempticum.	133.	nem.	155.
§. 16. Epibaterium.	134.	Cap. 6. Figurae per detrac-	
§. 17. Legatio.	135.	ctionem.	156.
§. 18. Oratio Funebris.	135.	Cap. 7. Figurae per vocum	
§. 19. Apotheosis.	138.	similitudinem.	157.
Cap. 6. Species Generis De-		Cap. 8. Figurae Sententia-	
liberativi.	138.	rum.	158.
Cap. 7. Species Generis Ju-		Cap. 9. De venusta partium	
dicialis.	139.	Orationis Collocatione, &	
Cap. 8. Paradigmatum In-		Structura.	166.
dex pro Epistolis & Oratio-		§. 1. Verborum ordo.	166.
nibus omne genus per Imi-		§. 2. Verborū junctura.	170.
tationem elaborandis, ex		Cap. 10. De Incisis, Mem-	
Optimis Auctoribus decerp-		bris, & Periodis, atque di-	
tus, & alphabetico ordine		Numero Periodico.	170.
digestus.	139.	Cap. 11. Qua ratione Peri-	
		dus impleatur, seu de Ver-	
L I B E R III.		borum Amplificatione.	173.
D E E L O C U T I O N E , M e-		Cap. 12. De Memoria.	176.
m o r i a , & Pronuntiatione.		Cap. 13. De Pronuntiatione.	179.

F I N I S.

DE

APHTHONIUS SOPHISTÆ
PROGYMNASMATA.

PRO O E M I V M .

EA sunt minora dicendi præludia , quibus diu multumque versatos oportet esse adolescentes prius , quam accedant ad justam Orationem per tractandam. Quæ quidem tribus hisce versibus comprehenduntur:

*Fabula, narratur, chria, sententia, futat,
Confirmat, locus haud privus, laus, crimina, confert,
Fictio, descriptum, thesis, ac inducacio legum.*

Hoc est: 1. Fabula. 2. Narratio. 3. Chria. 4. Sententia. 5. Confutatio. 6. Confirmatio. 7. Locus communis. 8. Laudatio. 9. Vituperatio. 10. Comparatio. 11. Ethopœia. 12. Descriptio. 13. Thesis. 14. Legislatio. Ex quibus, 1. 3. 4. 13. & 14. sunt generis deliberativi : 8. 9. 10. 11. generis demonstrativi: 2. 5. 6. 7. 12. generis iudicialis.

C A P . I.

D E F A B U L A .

A B U L A est sermo falsus veritatis speciem effingens. Sub cuius commentitio verborum cortice veritas semper aliqua , & utilis sensus delitescit. Vnde, ficta quidem eius narratio est, sed vera eius significatio. Fabularum triplex est genus RATIONALE, MORALE,



A

&

UNIVERSITATIS

²
& Mixtum. Rationalis fabula est illa, qua quidpiam dictum, aut factum ab homine, Angelo, vel Deo commis-
 cimur. Moralis est ea, qua bellus, aut res ratione ca-
 rentes loqui, vel aliquid agere fingimus, earum mo-
 rem, naturam, & indolem imitando. Mixta est illa, qua
 ex Rationali, & Morali componitur; id est, qua homi-
 nes cum belluis sermocinari finguntur.

Oportet autem veritatem illam sub Fabula delite-
 scerem, plerumque verbis exprimere: quod si efficeris
 initio ante Fabulæ narrationem, dicitur *Prefabulatio*,
 vel *Promythion*; si post absolutam narrationem Fabulæ,
 dicitur *Affabulatio*, vel *Epimythion*.
Fabula vero amplissimè dilatari potest ab his capitibus.

1. *Ab auctoris laude*: eius nempe, qui Fabulam illam
 effinxit, cuius ingenium, prudentiam, aut mores cele-
 brabis.

2. *A Prefabulationis expositione*: illam scilicet verita-
 tem pluribus verbis explicando, quam auctor per Fa-
 bulam innuere, vel significare voluit.

3. *A Natura, Indole, & Moribas illius rei*, vel perso-
 nae, de qua Fabula fingitur; illa omnia exponendo
 describendoque.

4. *A Narratione facti*, circa quod fabula instituitur;
 illud pluribus circstantijs vestiendo, varieque ver-
 fando.

5. *A Sermocinatione*: nimirum loquela, & sermonem
 tribues rebus illis vel personis, quæ in Fabulam indu-
 cuntur; eiusmodi tamen, ut ab earum natura non ab-
 horreat, sed quâ vterentur, si voce atque ratione vi-
 valerent.

6. *A Comparatione*: Factum vel dictum eius, de quo
 Fabula est, conferes cum alterius dicto vel facto, idque
 vel æquale, vel maius, vel minus esse ostendes.

7. *A Contrario dicto*, vel facto alterius rei vel personæ, à cuius utilitate vel honestate, prioris inutilitas vel turpitud o (seu vice versa) magis elucefcat.

8. *A Cœlūsione*: colligendo breviter quid ea Fabula doceat, quod ad prudentiam spectet, & ad hominum mores recte conformandos ; cum brevi exhortatione ad id, quod ibi honestum potissimè proponitur.

CAP. II.

DE NARRATIONE.

NARRATIO est expositione rei factæ, vel tanquam factæ. Dividitur autem in Poëticam, Historicam, & Civilem.

Poëtica est, quæ habet expositionem rei factæ; quæ tamen fieri potuerit. Est autem triplex. 1. Dramatica & Mimitica (hoc est *Attiva* & *Imitativa*) quæ res factas non verbis enarrat, sed, quasi gerantur, Personis & Actionibus imitatur & exprimit. V. g. Comœdiæ. 2. Exegetica, seu *Enarrativa*, vel *Enuntiativa*, qua verbis duntaxat res à Poëtis factæ referuntur. 3. *Mixta*, quæ partim sermone, partim actione res facta describitur.

Historica est, quæ ab ætatis nostræ memoriâ remotæ rei gestæ expositionem continet.

Civilis est, quæ ab Oratoribus in forensibus controversijs, causisque judicialibus assumitur.

Dilatatur NARRATIO, si circunstantijs amplificetur, à qua personâ, & à quo tempore, quóque loco, quo modo, quo instrumento, qua denique causâ factum aliquid sit, diligenter exponatur.

Virtutes eius sunt quatuor. 1. Claritas, seu Perspicuitas. 2. Brevitas. 3. Probabilitas, seu verisimilitudo. 4.

4
Suavitas & electorum verborum proprietas. Super
quibus vide inferius Rhetor. lib. 2. cap. 2.

CAP. III.

DE CHRIA.

CHRIA est commemoratio, seu explanatio facti aliquid, vel dicti, vel utriusque simul, certis capitibus comprehensa. Dicta autem est Chria à verbo Graeco, quod *υρτον* significat: nam valde *utilis* est ad hominum mores & vitam probè instituendam. Triplex igitur est Chria: alia VERBALIS, quæ in verbis sita est: alia ACTIVA, quæ in actione aliqua consistit: alia MIXTA, quæ & actionem & verba comprehendit. V.g.

VERBALIS. Isocrates aiebat, doctrinæ radicem amaram, esse; fructus vero dulces.

ACTIVA. Pithagoras interrogatus, quanta esset hominum vita: postquam se brevi conspiciendum prebuit, se se abscondit, brevitatem vite metitus conspectu illo momentaneo.

MIXTA. Diogenes, cum puerum lascivientem vidisset, illius pedagogum baculo percussit, adiiciens haec verba verberibus: siccine puerum tua cura commissum insituisse? Capita vero, quibus Chria diatur, haec sunt:

1. A laude auctoris Chriæ; ut quod maior loquentis vel agentis auctoritas fuerit, eò maioris sint ponderis eius dicta vel facta.

2. Ab explicatione facti seu dicti, quod per Chriam amplificandum suscipimus.

3. A causa: aliquam afferendo dicti vel facti, quod Chriæ materiam præbet.

4. A contrario: docendo quid mali, vel etiam (si ita res postulet) boni, ex facto vel dicto contrario observaret.

5. *A simili*: propositum argumentum similitudine quapiam illustrando; quæ ab arboribus, fructibus, mari, sole, multisque alijs rebus duci solet.

6. *Ab exemplo*: aliquod ad rem, quam intedit Chria, stabiliendam adducendo, quod ab historijs cum sacris, tum humanis, peti potest.

7. *A testimonio*: rem propositam Scriptoris alicuius auctoritate confirmando.

8. *Ab epilogo*: quæcumque dicta sunt, brevi aptaque comprehensione, concludendo, quæ exhortationem, si res honesta fuerit, aut, si turpis, detestationem contineat.

CAP. IV.

DE SENTENTIA.

SENTENTIA est Oratio dictum quoddam, quod ad hortandum, dehortandumve pertineat, breviter exponens. Differt à Chria: nam hæc interdum etiam in facto, illa vero semper in dicto consistit: insuper Chria semper habet additam personam vel facti vel dicti; sententiam sine persona efferrifas est.

Est autem multiplex *Sententia*.

1. EXORTANS, quæ ad aliquid hortatur & incitat. V.g. *Alium silere quod voles, primus file*. Sen. in Hippol.

2. DEHORTANS, quæ ab aliquo malo nos avocat. V.g. *Serum est cavendi tempus in medijs malis*. Idem in Thyeste.

3. ENVNTIANS, quæ rei cuiuspiam naturam nobis demonstrat. V.g. *Facilis descensus Averni*, &c. Virg. 6. Æn.

4. SIMPLEX, quæ unum, simplicemque sensum habet. V.g. *Vicit & superauit Amor*. Sen. in Herc. Oct.

5. COMPOSITA, quæ plures sensus complectitur. V.
g. Ovid.

Donec eris felix, multos numerabis amicos;
Tempora si fuerint nubila, solus eris.

6. PROBABILIS, quæ rem verosimillimam effert. V.
g. Quales amicos quisque habeat, talem scias.

7. VERA, quæ rem certam enuntiat. V. g. Ubique
mors est. Sen. in Thebaide.

8. HIPERBOLICA, quæ rem videtur augere supra
veritatem, vel infra minuere. V. g. Nulla, quam lingua,
pestis est deterior.

Sententia igitur dilatatur eisdem omnino capitibus,
quibus Chriam dilatari diximus. Nimirum

1. Ab encomio, seu laude. 5. A similitudine, seu Parabola.

2. Ab expositione dicti. 6. Ab exemplo.

3. A Ratione, seu causa. 7. A testimonio veterum.

4. A contrario dicto. 8. Ab epilogo.

CAP. V.

DE REFUTATIONE.

REFUTATIO est rei alicuius propositæ reprehensio, &
infirmitatio. Non sunt refutanda ea, quæ planè
sunt vera. V. g. Quod natum est, poterit mori. At ne
que ea, quæ planè sunt fallax, & incredibilia. V. g. Soli fe-
lices sunt improbi. Sed ea, quæ dubiæ sunt fidei, & in utrâ-
que partem detorqueri possunt. V. g. Filius manus suas
paterno sanguine cruentavit.

Dilatatur autem Refutatio ab his plerumque capitibus.

1. Ab invectiva, seu vituperatione eius, qui senten-
tiā refutandam dixit, cuius ingenium & prudentiam
minues, mores carpes, & in invidiam vel contemptum
adduces.

2. Ab

2. *Ab expositione* sententiæ illius: quam per paraphrasin clarius expones; expositamque his, quæ sequuntur, capitibus subvertes.

3. *Ab obscuro:* rem, dices, incertam esse, & incerto capite in vulgus emanasse; nulloque solido, aut vero niti fundamento.

4. *Ab incredibili:* id quidem fidem omnem superare; contra opinionem maximè peritorum hominum esse, contra consuetudinem, contra historiam, &c.

5. *A non possibili, & repugnante:* rem naturæ adversari; neque fortunæ, aut ingenij viribus fieri posse.

6. *Ab indecoro, & non coherente:* id quidem conditio-
ne m & dignitatem personæ non decere; legibus &
moribus civitatis non congruere; pietatem erga Deum
& homines violare; dedecus, ignominiam, & malam
apud cordatos vir os existimationem afferre.

7. *Ab inutili:* in ea re nihil utilitatis, & plurimum
incommodi inesse, fuisse, aut fore.

8. *Ab epilogo:* quo ex dictis falsum illud esse appa-
reat, quod reprehenditur.

CAP. VI.

DE CONFIRMATIONE.

CONFIRMATIO est rei propositæ asseveratio, & com-
probatio. Sed illa res planè manifesta esse non
debet. V. g. *Homines rationis sunt participes.* Ne-
que penitus incredibilis. V. g. *Homines volant.* Sed quæ
ancipitem habeant opinionem, & in utram partem li-
ber trahi possint. V. g. *Dido amoris impatiens sibi ipse
mortem concivit.*

Dilatatur Confirmatio eadem ratione, totidemque capi-

tibus, quibus Refutatio; sed contrarijs, omninoque op-
positis. Nempe

- | | |
|--------------------------------|---------------------------------------|
| 1. <i>Ab encomio auctoris.</i> | 5. <i>A facili.</i> |
| 2. <i>Ab expositione rei.</i> | 6. <i>A coherente, & decente.</i> |
| 3. <i>A manifesto.</i> | 7. <i>Ab utili.</i> |
| 4. <i>A verosimili.</i> | 8. <i>Ab epilogo.</i> |

CAP. VII.

DE LOCO COMMUNI.

LOCS COMMUNIS est Oratio, qua bona, aut mala, que alicui rei insunt, aut personæ augentur, & amplificantur. Dicitur autem Communis, quod omnibus, qui eius rei, qua de agitur, participes sunt communiter attribui possit. V.g. Si in Caini parricidium, in Iudæ avaritiam, in Iudæorum perfidiam inveharis; eadem oratio in omnes vel parricidas, vel avaros, vel perfidos cadere valebit. Pari etiam ratione, si Abrahami obedientiam, Iobi patientiam, Davidis pénitentiam laudibus efferas; eadem laus omnibus vel obedientibus, vel patientibus, vel pénitentibus congruere poterit.

Loci ergo Communis dilatandi methodus hæc esto.

1. *Ab exordio;* quod totum in vituperationem personæ, quæ flagitium id commiserit, impendetur.

2. *A contrario;* ostendes quale quantumque bonum sit virtus contraria.

3. *Ab expositione;* vitium illud pluribus exaggerabis.

4. *A comparatione;* illud conferes cum vitijs alijs, & gravius esse ostendes.

5. *Assentia;* hoc est, à consilio, mente, & fine, quo id vitium patratum est. Id, inquires, fatagebat, ut imperium solus occuparet, ut in ceteros dominaretur, &c.

PROGYNNASMATA.

6. *Ad digressionem conjecturali*: in anteactam eius vitam excurses, & ex hoc uno crimine conjectura de patratis alijs ab ipso, vel in posterum patrandis, capietur.

7. *Ab exclusione misericordie*: tantum, dices, crimen sine maiori flagitio remitti non posse : nullum veniae locum esse relictum, &c.

¶ *Vt autem supplicium à Iudice adversus reum extorqueras; ab his capitibus argumenta sumes:*

1. *A iusto*. Iustum id esse, vt pœnam ille ferat, quam, &c.

2. *A legitimo*. Nihil esse legibus magis congruum, quam, vt, &c.

3. *A facili*. Nullo negotio id perfici posse, &c.

4. *Ab utili*. Id Republicæ bono conducere, &c.

5. *Ab honesto*. Nihil rationi cōvenientius esse, quam debitas ab illo pœnas exigere, &c.

6. *Ab eventuro*. Ex eius supplicio, eventura civibus omnia bona : Remp. in statum pristinum revocatum iri, &c.

¶ *Quæ contra Vitium, eadem illa capita valent omnia, si qua Virtus ornanda sit, & celebranda: singula in contrarium sensum accipiendo. Quod postquam eviceris, Iudicem, vel Principem ad præmium viro illi concedendum excitabis, per sex illa supplicij extorquenti capita, commodè deflexa.*

¶ *Loci Communis sedes in Oratione post Confirmationem est commodissima. V. g. Postquam homicidiam conviceris, homicidium insectabere; postquam fortē virum aliquem ostenderis, fortitudinis præstantiam prædicabis: quod huius viri dignitas magis elucescat, & scelerato illi maior invidia concitetur. Nullum igitur habet exordium, nisi exercitationis causa, cum dilatatur: quia peractæ iam (vt dixi) argumentationi subjicitur.*

CAP.

CAP. VIII.

DE LAUDE.

LAUS est Oratio res bonas amplificans, que certe alicui personæ, vel rei, inesse dicuntur. Differt à Loco communis, quod hic viro laudato præmium querit; laus verò sistit in rei celebratione. Porro laudantur Deus, Angeli, homines, bruta animantia, plantæ, locus, tempus, res denique omnes. Laus autem ab his præcipue capitibus extendi potest.

1. *Ab exordio*: quod vñdelibet, modò ad rem faciat, peti valet.

2. *A tempore preterito*: ubi natio, patria, genus, & parentes laudandi sunt; & si quod vaticinium, vel portentum natalitij diem antecesserit.

3. *A tempore praesenti*: nempe à bonis fortunæ, corporis, & animi eius, qui laudatur; à rebus gestis, honoribus, &c.

4. *A tempore consequenti*: scilicet, à funeris pompa, bonorum luctu, desiderio defuncti, honestâ famâ, ingenij monumentis, siquæ reliquerit, &c.

5. *Ab epilogo*: voto & precatori quām simillimo.

Hac rudi penicillo expressimus, de eodem argumento pro rei dignitate oportuniùs tractaturi Rhetor. lib. I. cap. 10.

CAP. IX.

DE VITUPERATIONE.

VITUPERATIO est Oratio, res malas amplificans, quas certe alicui personæ, vel rei inesse contendimus. Differt à Loco communis, quod hic poenas à

Indice exposcit, & supplicia ; illa verò tantum habet nudum convitium , & flagitosos homines maledictis lacessit. Veruntamen possunt (iure, vel iniuriâ) vituperari ea omnia, quæ laudibus exornari possunt. Ijsdemque capitibus *Vituperatio* dilatatur, quibus *Laus*, sed in contrarium sensum mutatis.

CAP. X.

DE COMPARATIONE.

COMPARI^TO est Oratio res duas, vel plures inter se conferens, ex quarum collatione altera maior, vel minor, vel æqualis alteri ostendatur. Comparantur autem

1. *Similia similibus.* V.g. Leo Leoni: Homo homini.
2. *Diversa diversis.* V.g. Fidelis amicus cani: Homo providus formicæ.
3. *Bona bonis.* V. g. Sapientia fortitudini : Iustitia pietati.
4. *Mala malis.* V.g. Ebrietas adulterio: Furtum sacrilegio.
5. *Bona malis.* V.g. Sapientia stultiæ: Pax discordiæ.
6. *Mala bonis.* V.g. Gula temperantiæ: Prodigalitas liberalitati.
7. *Minora maioribus.* V.g. Musca Elephanto.
8. *Maiora minoribus.* V.g. Gygas Pygmæo.

Cadunt autem in *Comparationem* omnia, quæ laudari, aut vituperari possunt: vt personæ, res, facta, dicta, &c. Nō tamen comparanda sunt minuta quæque minutis. V.g. Cæsaris dextra cum dextra Pompeij : Ciceronis os cum ore

Demosthenis, nares cum naribus, &c. Sed tantum quæ præcipua in utraque re, vel persona sint, magisque illus-tria.

In comparatione dilatanda ijs locis uteris, è quibus laus, aut virtus ratio duci potest, pro natura rerum, quæ comparantur.

CAP. XI.

DE ETHOPOEIA.

ETHOPOEIA est Oratio, qua persone nota, vel ficta, vivuntis, seu mortua, mores, vel affectus, vel utraque exprimuntur. Ergo appellatur

ETHOPOEIA strictè sumpta, cum persona nota est, vel vivens. V.g. Si Andr omache funus Hectoris lamenta-retur.

IDOLOPOEIA, cum persona mortua inducitur. V. g. Si Hectoris idolum, vel simulacrum Andromachen soliantis induceres.

PROSOPOPOEIA, cum persona ficta est. V. g. Si patria, resp. vel quævis alia res rationis expers loquen-singitur.

PASSIVA, cum affectus, & motus animi, quos Passio-nes vulgus indigit, imitamur. V. g. Si Hecuba, subver-sam Troiam, lamentaretur.

MORALIS, cum mores depingit. V. g. Si rusticus pri-mum navim videret, quid diceret?

MIXTA cum mores, & affectus representat. V. g. Qua-oratione Achilles veteretur, occiso Patroclo, cum pugnare decrevisset?

SIMPLEX, cum secum quisque loquens singitur. V. g. Quibus sibi ipse Scipio verbis de Carthaginе victori-am gratularetur.

DPLEX, cùm loquens alijs inducitur. V. g. Qualia verba apud Senatum, Populumque Romanum, super eodem faceret argumento?

INFINITA; cùm persona certa non determinatur. V. g. Quomodo avarus quispiam quæstus diminutionem sui deploraret?

FINITA, cùm certa persona subiungitur. V. g. Quia imprudentia in Magdalæ vnguenti alabastrum Iudas invehetur.

Dilatatur igitur *Ethopæia* per tempus præsens, præteritum, & futurum.

1. *Præsens*: instantis fortunæ recenset permutationem, ærumnas, calamitates, & infortunia, quibus affligimur, vel bona, quibus fruimur.

2. *Præteritum*: Hæc bona, vel illas ærumnas cum superioribus confert (seu proprijs, seu alienis) bonis, vel ærumnis.

3. *Futurum*: rerum eventus; bonorum, vel malorum fines adducit: item consilia pro conservandis prosperis, vel remedia pro levandis adversis.

¶ Curandum maximè est, ut *Decorum* servetur: nam alia verba senem prudentissimum decent; alia iuvenem lascivientem; alia gaudentem; alia tristem: alia imbellem militem; alia bellicosum Imperatorem. Item, aliter Leo, aliter Vulpes, aliter Asinus loqueretur, si loqui posset.

CAP. XII.

DE DESCRIPTIO.

DESCRIPATIO est Oratio, qua tota rei imago ita depingitur verbis, ut non describi, sed geri præ oculis videatur. Describuntur personæ, loca, tempora, res

denique omnes: sed diversam tamen nomenclationem
sortiuntur.

1. PROSOPOGRAPHIA est descriptio personae vere. V.
g. Alexandri M.

2. TOPOGRAPHIA est descriptio veri loci. V. g. Vr-
bis, montis, regionis, fluminis, portus, villæ, hortorum,
amphitheatri, fontis, specus, templi, luci, &c.

3. COSMOGRAPHIA est descriptio mundi; GEOGRA-
PHIA terra; HYDROGRAPHIA maris; CHOROGRAPHI-
A regionis; CHRONOGRAPHIA temporis. V.g. Noctis, diei,
auroræ, crepusculi, veris, æstatis, autumni, hyemis, &c.

4. PROSOPOTHESIA, descriptio personæ fictæ. V.g.
Virtutis, Famæ, Honoriſ.

5. TOPOTHESIA est descriptio ficti loci. V.g. Domus
Caci. Æn. 8. Regiae Solis. Metam. 2. Sedis Somni. Metam.
11. Domus famæ. Metam. 12. &c. Sic COSMOTHESIA,
descriptio est ficti mundi; GEOTHESIA, fictæ terra
HYDROTHESIA, ficti maris; CHOROTHESIA, fictæ Re-
gionis; CHRONOTHESIA, ficti temporis.

Personæ describitur à totius corporis habitu, & à locis laudis, vel vituperationis, vel comparationis.

Res ab antecedentibus, & quæ in ipsis rebus insunt
queque ex ipsis solent provenire. V.g. Vrbis expugnatio.

Loca, & Tempora, à rebus, quæ in ipsis vel continen-
tur, vel fiunt.

C A P . XIII.

D E T H E S I.

THESIS est Oratio, quæ res aliqua generatim consideratur, vel disquiritur: quam Cicero Propositum, & Consultationem appellat. Differt à Loco communis quod hic manifestam, sive convictam rem exagge-

rat; *Thesis* verò dubiam rem ad trutinam vocat.
Est autem *THEISIS* quadruplex.

1. *CIVILIS*, quæ ad solam actionem refertur. V. g. An bellum sit gerendum? An navigare bporteat?

2. *SPECVLATIVA*, quæ sola rei cognitione contenta est. V.g. An plures sint mundi? An Sol sit maior terrâ?

3. *SIMPLEX*, quæ unum disquirit. V.g. An sit declamandum?

4. *DVPLEX*, quæ plura examinat. V. g. An potius ex codice, quam memoriter sit declamandum?

Difserit *Thesis* ab *Hypothesi* (quam Cicero *Causam*, vel *Controversiam* appellat) quod *Thesis* propositio est generalis, nullis circumpscripta limitationibus. *Hypothesis* verò est particularis & finita, quæ à circumstantijs personæ, loci, temporis, vel similiūm limitatur. V.g. Quæstio hæc [An bellum sit gerendum?] *THEISIS* est: quia universalis est, & infinita. Illæ autem quæstiones [An Hispani adversus Saracenos sint bellaturi? An bellandum sit in Asia, an in Africâ? An pedestribus, an equestribus copijs sit concertandum?] *HYPOTHESES* sunt; quia omnes finitæ sunt.

Dilatatur *Thesis* hisce capitibus.

- | | |
|-----------------------------------|-------------------------------------|
| 1. <i>Ab exordio.</i> | 5. <i>A facili.</i> |
| 2. <i>Ab expositione Questio-</i> | 6. <i>Ab obiectionum refutatio-</i> |
| <i>nis.</i> | <i>ne.</i> |
| 3. <i>Ab honesto.</i> | 7. <i>Ab epilogo.</i> |
| 4. <i>Ab utili.</i> | 8. <i>Abhortatione.</i> |

¶ Quod si quis in oppositam partem inclinet, capitibus etiam oppositis vteretur.

CAP. XIV.

DE LEGISLATIONE.

LEGISLATIO est Oratio, qua legem aliquam vel approbamus, vel reprehendimus. Est autem Lex (inquit Cicerus) ratio summa insita à natura, quæ iubet ea, quæ facienda sunt, prohibetque contraria.


Dilatatur autem Legis comprobatio

- | | |
|---------------------------------|-------------------------------------|
| 1. <i>A legislatoris laude.</i> | 6. <i>Ab utili.</i> |
| 2. <i>Ab expositione legis.</i> | 7. <i>A facili.</i> |
| 3. <i>A contrario.</i> | 8. <i>Ab obiectionum solutione.</i> |
| 4. <i>A legitimo.</i> | 9. <i>Ab epilogo.</i> |
| 5. <i>A iusto.</i> | 10. <i>Abhortatione.</i> |

¶ Cùm verò reprehendenda Lex est; loca sumens
eius superioribus contraria.



DE



DE CONSCRIBENDIS

E P I S T O L I S .

C A P . I.

De EPISTOLÆ NATVRA , GENERIBVS , STYLO ,
& ordine partium.



PISTOLA est sermo absentis per literas ad absentem.

Triplex autem est Epistolarum genus. *NEGO TIALE*; quod negotia continet, ut certiores fiant de rerum statu ij, ad quos mittitur. *MORALE*; quo benevolentiae, amoris, humanitatis, aut virtutis cuiuspiam significandæ causa vti solemus. *MIXTVM*; quo res partim morales, partim negotiales tractamus.

Alij Epistolas dividunt in *Vulgares*, *Familiares*, & *Graves*. *VULGARES* appellant eas, quibus certiores absentes facimus, si quid est, quod eos scire, aut nostra, aut ipsorum, aut etiam aliorum intersit. *FAMILIARES*, sive *Jocosas*; quibus fabulæ, facetiæ, scommata, & id genus ioci, aut de re domestica quidpiam, aut quidquid denique in buccam (quod aiunt) venerit, continetur. *GRAVES*, quibus res serias, ad Religionem videlicet, Deum, Remp. Theologiam, & bonas artes, attinentes complectuntur.

EPISTOLARVM STYLV purus, & simplex esse debet; interdum tamen maiorem elegantiam, concinnitatemque verborum, pro gravitate personarum, quibus mittuntur, vel rerum, quibus de agitur, habere potest.

ORDO certus nullus potest praescribi, qui in conscribenda Epistola servari debeat: diversis odè enim solet confici, & mutari eius forma, pro diversitate rerum, & personarum. Hæ tamen partes assignari non incongrue possunt: *Salutatio, Exordium, Confirmatio, Conclusio, Salutatio & resalutatio per alios, Valedictio, Loci Temporis, que notificatio, Chirographum, Postscriptum, & Inscriptio a sergo.*

CAP. II.

EPISTOLÆ SALVTATIO.

SALVTATIO est brevis Oratio, qua benè alicui precamur. Id autem fiebat ab antiquis præponendo in nominandi casu nomen eius, qui scribebat, nomini (quod in dandi casu collocabant) eius, ad quem Epistolam mittebant. Hunc in modum in Epistolæ fronte:

M. Cicero Trebatio salutem, vel s.

M.T. Cicero Ser. Sulpitio salutem dicit, vel S. D.

M.T. Cicero M. Rutilio salutem plurimam dicit, vel S.P.D. Cicero Attico S.

M.T.C. IMP. L. Paullo, Cos. Designato S.P.D.

M.T.C. Imp. L. Paullo Cos. S.P.D.

M.T.C. Imp. C. Cassio Proquest. S.P.D.

M.T.C. D. Bruto, Imp. Cos. Def. S.P.D.

Tullius, & Cic. & Q. Q. Tironi Humaniss. & Opt. S.P.D.

M. Tullius Cic. Pater, & Fil. & Q. Q. Tironi S.D.

M.T.C. S. P. D. C. Memmio.

M. Lepidus Imp. iter. Pont. Max. S. D. Sen. Pop. Pl. Q. R.

M. Lepid. Iterum, Pont. Max. M.T.C. S. P. D.

Cic. Fil. Tironi suo Dulciss. S. P. D.

Q.C.M.Ciceroni Fratri, S.P.D.

Tullius Tironi suo, S.P.D.

Nostra verò tempestate iste salutandi modus omit-
titur, nisi cùm Epistolæ typis mandandæ sunt; tunc au-
tem i nterdum dignitatis eorum, ad quos scribimus, ra-
tionem habentes, nostrum, modestiæ gratiâ, nomen
postponimus, V.g.

Carolo II. Regi Catholico, Dux Albanus S.P.D.

Quod si Epistola fuerit *Nuncupatoria*, qua nostras in-
genij lucubrationes viro cuiquam optimo consecra-
mus; honorum tituli, quibus ille fungitur, epithetis non-
núquam illustrati, cum nomine & cognomine præmit-
ti solent, quibus nomen consecrantis succedit, in hunc
fermè modum:

*Carolo II. Regi Catholico, Hispaniarum Monarchæ Poten-
tissimo, Dux Albanus S. & F. id est, salutem & felicitatem
(supple) precatur.*

*Excellentissimo Principi & D. D. Francifero de Toledo
Duci Albano, Navarræ Comestabili, &c. Antonius Manri-
quis Senator Regius D. D. C. Q. id est, donat, dicat, consecrat-
qui: (supple) hunc librum.*

Nostrates verò, salutationis loco, nomen potioris
dignitatis, cum suo epitheto, nomenque cognationis
vel affinitatis eius, ad quem mittunt Epistolam, vel to-
ti Epistolæ in vocandi casu præfigunt, vel ab eo ini-
tiūl sumunt. Dixi *cum suo epitheto*: quoniam apud
nos epitheta quædam quibusdam, & non alijs, dignita-
tibus tribuuntur. Nempe Summus Ecclesiæ Pontifex
appellatur *Pater Beatisim⁹*, vel *Sanctissimus*; Rex verò,
Catholicus, *Potentissimus*, *Serenissimus*, quem antonomasticè
initiò Epistolæ *Dominum* compellamus: Regia
proles dicitur *Calcissima*; omnes autem Duces, & His-
paniæ Optimares, exercitus Imperatores, & qui à Con-

filio sunt Statūs, & Belli, dicuntur *Excellentissimi*; Ecclesiæ Patres Purpurati, *Eminentissimi*; Episcopi, maximus Fidei Quæsitor, & omnes fermè Consiliorum Praesides, *Illustrissimi*; Comites, Marchiones, Sacrae Fidei Quæsidores, Senatores, & Legati exercitūs, *Dominatissimi* titulo insigniuntur, quos *Perillustres* vocare possumus.

CAP. III.

EPISTOLÆ EXORDIVM, PROPOSITIO, CONFIRMATIO,
& Conclusio.

EXORDIVM est Oratio viam preparans ad reliquiam Epistolam. Nisi cùm ex abrupto initium sumere libuerit, quod tunc maximè fit, cùm volumus, ut non mutam Epistolam Epistolæ, sed vivo sermoni vivum item sermonem referre videamur: id, quod in iocosas, & familiares optimè cadit.

PROPOSITIO est rerum, quas absentes aut scire, aut facere, utriusque nostrum, aut alterutrius, aut etiam aliorum causa volumus, idonea atque brevis significatio.

CONFIRMATIO rationes afferit, quibus id, quod proposuimus, maximè fieri volumus. Nempe, quibus amicum vel consolamur, vel hortamur, vel monemus, vel aliquid ab eo petimus, &c.

CONCLUSIO est artificiosus Epistolæ terminus, quo ex rationum congregatarum brevi epilogo, id quo proposuimus, legitimè conclusum inferimus. Quod his particulis fieri solet. *Quare. Igitur. Idcirco. Proinde. Quamobrem. Quibus de rebus. Quo circa. Ideo. Quapropter. Ergo. Propter. &c.*

CAP. IV.

SALVTATIO, & RESALVTATIO PER ALIOS.

Conclusa Epistolâ, alios per amicum salutare sollemus; vel alij per nos amicum salutant; vel alios,

alios, qui nos per illum salutaverant, resalutamus;
vel tandem aliorum salutationes ab amico per nos
missas reddimus.

Prioris generis hæ sunt formulæ è Cicerone potissimum decerptæ: Dionysium iube salvere. † Valere Piliam & Cæciliam nostram, iubebis literis. † Pilia & filie salutem. † Pilia salutem dices. † Pilia salutem articulatè dices. † Tu dices meis verbis Pilia. † Alexim salvere iubeas velim. † Quibus tibi videbitur, velim cures literas meo nomine. † Ad quos videbitur, velim des literas nomine meo. † Ciceroni F. S. D. † Tu Attica salutem verbis plurimam. † Atticam salvere iube. † Pomponium mis verbis salutabis. † Salutem do Catulo, & Hortensio nostro. † Salvere velim iubeas à me hospites meos. † Saluta mihi Petrum, ac ceteros. † Amicis tuis, ac per te meis, fac me diligenter commendes, &c.

Secundi generis formulæ:

Cicero tibi plurimam salutem dicit. † Domus te nostra tota salutar. † Salvebis à meo Cicerone. † Gener tuus iussit, ut suis verbis tibi multam salutem ascriberem. † Antonius per me iubet te salvere. † Iannes per me tibi salutem multam. † Salve ab Andrea, &c.

Tertij generis formulæ:

Qui me per te salutant, hos omnes mutua salute meis verbis imparties. † Omnes, qui mihi per te salutem dedebant, velim ut vicissim meo nomine salvere iubeas. † Quam mihi ab Antonio salutem mittis, eidem gratissimam rede. † Salutas me ab Antonio: eumdem meo nomine salvere iube, &c.

Quarti generis formulæ:

Attica, quam illi tuis verbis dixi salutem, libenter accipit, teque vicissim per meas literas salvere insit. † Tuam salutem Attica libens accepit, ac suam remittit. † Ambrosius

salutem, quam illi tuis verbis renuntiavi, totidem verbis remunerat. † Socrer tuis verbis per me salutatus, te vicissim mis resalutat. † Genero tuis verbis salutem scripti; nam abeat: is suo nomine tibi multam salutem iussit rescribi, &c.

CAP. V.

VALEDICTIO, LOCI TEMPORISQUE NOTIFICATIO,
& Chirographum.

Quemadmodum à salutatione auspicamur Epistolam, ita dicto Vale absolvere solemus. Id ferè sit his modis:

Vale. † Valeto. † Valebis. † Fac valeas. † Cura, ut valeas. † Te cura. † Te oro etiam atque etiam, ut valeas. † Cura te, si me amas, diligenter. † Ama nos, & vale. † Tu velim in primis cures, ut valeas; hoc mihi gratius facere nihil potes. † Cura ut valeas, & nos ames: & tibi persuad: as, te à me fraternè amari. † Fac valeas, meque mutuo diligas. † Te, ut diligas me, si mutuo me facturum id scis, rogo. † Tu me diliges, & valebis. † Valebis, valitudinique inservies, &c.

LOCI, TEMPORISQUE NOTIFICATIO.

Vale dicto, locus, ac dies ascribitur. Locus autem his fermè formulisi:

Datum Romæ. † Datum ē Roma. † Scriptum Mantua, si-
ue ē Mantua. † Carthagine, Hispali, Murcie, Burgis. † Ex
prædio nostro, Ex arce, E villa, Ex nostro Formiano. † Ex Re-
gia Hispanie. † Ex nostro musæo. † Enavi. † Ex pandocheo,
&c.

Tempus privatum his fermè modis:

Ruri ad multam noctem. † Compluti prima luce. † Ex horis suburbanis. † Inter cœnandum, aut mox à cœna. † E pa-
ternis edibus crepusculo. † Ex littore marino ad lunam. † Ex
aula Regis, nocte cœcubia. † Nottu, multa nocte, profunda nocte,

alta nocte, plurima nocte, nocte intempesta. † Sub gallicinium.
Ex balneis pomeridianis, &c.

Tempus publicum his rationibus:

Anno salutis humanæ millesimo, sexcentesimo, septuagesimo, octavo. † Anno à Christo nato; à natali Christi; à Virginis partu; à Virginis puerperio; ab Orbe Redempto; à Christo passo; ab hominum genere restituto, post millesimum quingentesimo, quadragesimo, &c.

Mensis, & dies mensis sic ascribitur:

Kalendis Ianuarij, vel Ianuarijs. † Ad Kalendas Ianuarias, vel Ianuarij. † Nonis Martijs, vel Martij. † Ad Nonas Martias. † Idibus Iunij, vel Iunij. † Ad Idus Iunias. † Pridie, postridie Kalendas, vel Kalendarum Octobrium; Iduum, vel Idus Augustas; Nonas, vel Nonarum Decembrium. † Tertio Kalendas Maias, vel Maij. † Ad tertium Kalendas Aprileis. † Die mensis Iulij vigesimo primo, &c.

Tempus incertum notatur hoc modo:

Anno circiter sexcentesimo supra millesimum. † Anno plus minus quinquagesimo. † Ad annos circiter nonaginta. † Annos fermè triginta, &c.

CHIROGRAPHUM.

Epistolam absolutam Chirographo, sive nominis, cognominisque nostri subscriptione confirmamus; sed præmissa amoris, obedientiæ, vel familiaritatis significatione, per hæc, vel similia verba:

Excellentissime Princeps, Tibi addicissimus; Antonius de Castro. † Illustrissime Antistes, Tui semper observantissimus, Ioannes de Miranda, &c.

CAP. VI.

POSTSCRIPTUM, & INSCRIPTIO A TERGO.

Non nunquam post dictum vale, imò & post subscriptum Chirographum, subjicimus, quod nos

fugerit, aut quod ideo fingimus nos fugisse, quod tenaciis insidet animo: aut quod suspicionem fuci, & artificij amoveamus, lectorque dormitabundus velut ad rem novam expergefiat. V.g.

Vale, mi Antoni. Sed, heus tu, prop:modum preterieram quod in primis dictum oportuit. + Iam parabam obsignare literas, sed quia præter spem otij nouinihil obtigit, libet etiam diutiis tecum garrire. + Sed iam obsignatu Epistolam, illud percommode venit in mentem. + Sed mane paul: sper: nunc, denum occurrit animo, quod primo loco dictum oportuit. + Sed ð me oblivious! penè si rò fec: ri tui negotium miki venit in mentem. + Iam cera admoveoram annulum. + Pape! quam pñne me fug:rat, quod omnium maximè scire te volebam. + Heus de libro nunc denum sese offert memorie. + Sed prius, quam obsign: m Epistolam, unum ilivid add: m. + Iam Epistolam complicaveram, cum. + Iam obsignaram Epistolam, cum alteras tuas ad me literas reddidit veredarius: itaque resig:navi, & eadem opera binis tuis respondeo, &c.

INSCRIPTIO à TERGO.

Post complicatam Epistolam, in eius tergo notatur nomen illius, ad quem scribitur, cum idoneo aut laudis, aut professionis, aut meriti, aut officij, aut horum simili termino, pari pñne canonē, ac in salutationibus antiquitus obsevari solitum esse diximus; adiuncto loci nomine vbi is, cui literæ sunt reddendæ, vitam agit, in casu accusandi. Hunc ad modum:

Illustrissimo D. D. Antonio Vilasquio, Regis Catholici apud Germanos Legato meritissimo. Viennam.

Doctissimo, Clarissimoque viro D. Christophoro Mendoza, Juris consulto prudentissimo. Matritum.

CAP. VII.

EPISTOLARVM FORMÆ, SEV SPECIES.

<i>Accusatoria.</i>	<i>Imperans.</i>
<i>Commendatitia.</i>	<i>Impetratoria.</i>
<i>Concilatoria.</i>	<i>Indicativa, seu Narratoria.</i>
<i>Consolatoria.</i>	<i>Invectiva.</i>
<i>Dedicatoria, seu Nuncupatoria.</i>	<i>Focosa.</i>
<i>Deprecatoria, seu Pænitentia.</i>	<i>Lacrymosa, seu Flebilis.</i>
<i>Disputatoria.</i>	<i>Landatoria.</i>
<i>Dissuassoria.</i>	<i>Monitoria.</i>
<i>Excusatoria, seu Apologetica.</i>	<i>Narratoria, seu Nuntiatoria.</i>
<i>Expostulatoria.</i>	<i>Obiurgatoria.</i>
<i>Exprobatoria.</i>	<i>Officiosa.</i>
<i>Expurgatoria.</i>	<i>Pettitoria.</i>
<i>Gratiarum actrix.</i>	<i>Prohibens.</i>
<i>Gratulatoria.</i>	<i>Responsio ad singulas Epistolarum species.</i>
<i>Hortatoria.</i>	<i>Suassoria.</i>
	<i>Valedictoria.</i>
	<i>Vituperatoria.</i>

§. I.

ACCUSATORIA.

ACCUSATORIA est Epistola, qua vitium, vel crimen alicui objicimus.

Exordij loco, mirari te, dices, rem eiusmodi in tales virum cadere potuisse, à quo longè meliora tibi speranda esse existimabas.

In Propositione crimen illud expones, quod verbis, & sententijs exaggerabis.

Pro Confirmatione vitium illud, vel etiam admiracionem tuam dilatabis à Loco, Tempore, Persona, Medio, &c.

D E C O N S C R I B E N D I S
 &c. Interdum & tu ipse amicum excusabis, vel non
 credendo, vel rem ipsam extenuando.

In Conclusione, post brevem epilogum, illum hortabe-
 re, ut id aliqua virtute compenset.

R E S P O N S I O.

Fit, si vel delictum amico ingenuè & liberè con-
 ftearis, veniamque petieris: vel id totum negâris, ratio-
 nibusque refelleris, & in te per summam injuriam con-
 fictum esse confirmaveris: vel culpam à te removebis,
 & in aliud rejicies: vel id extenuabis, ab alijs dicens te
 fuisse coactum, aut inconsulto, & per imprudentiam
 fecisse; aut è malis duobus necessarijs minimum elegisse,
 &c.

S. II.

C O M M E N D A T I T I A.

C O M M E N D A T I T I A est, quæ aliquid, vel aliquem ali-
 cui commendamus.

In Exordio vtriusque vestrum amicitiam memorabis,
 & illius, cui litteras mittis, liberalitatem, humanitatem,
 & benignitatem celebrabis; tuamque in eo spem benè
 collocatam esse dices.

In Propositione laudes afferes eius, quem commendas;
 aut rem ipsam commendandam propones.

In Confirmatione commendationis rationes afferes,
 quæ esse possunt amicitia, beneficium acceptum, com-
 miseratione, &c. vel rei commendatae magnitudo, æqui-
 tas, honestas, utilitas, necessitas, & facilitas; quin etiam
 eius, ad quem scribis, potestas, & auctoritas.

In Conclusione, recapitulatione præmissa, pollicebere
 commendatum & te fore gratissimos, & mutuam ope-
 ram studiumque relatuos.

RESPONSIO.

Si res commendatione digna fuerit: tuum, dices, favorem & consilium nulla in re desiderandum; idque vel facturum esse, vel iam fecisse, cum propter mutuam utriusque necessitudinem; tum propter commendati viri humanitatem, doctrinam, indolem, bonos mores, &c.

Si vero res iniqua fuerit: dolere te, scribes, non posse illi, integrâ existimatione tuâ, morem gerere, quod & rationibus comprobabis. Vel hominem esse crudelē, infidum, ingratum, & omni commendatione indignum; eumque quem, si amicus intimè cognovisset, nunquam sanè commendavisset.

§. III.

CONCILIATORIA.

CONCILLATORIA est, qua nobis amicitiam alterius (si ve ille notus sit, sive ignotus) comparare studemus.

Exordieris à vehementi amore, & familiaritatis desiderio, quo accenderis erga insignes viros.

In Propositione, amicorum eius catalogo adscribi secundè & modestè postulabis.

Pro Confirmatione, in laudes litteraturæ, virtutumque eius, ad quem scribis, citra adulationem excurses, quibus te in sui amorem, & ad ambiendam, eius amicitiam provocari, dices.

Conclides, exponendo non arroganter id, quod illum ad te redamandum valeat illicere; tuamque operam, studium, & integrum fidem offerendo.

RESPONSIO.

Tibi gratulabere, quod à viro optimo tua familiaritas

tas expetatur, in cuius laudes maximè divertes, tuasque extenuabis, & ab eius candore & amore potius, quam à vero emanasse testaberis. Mutuam denique fidem, studium, atque operam promittes.

§. IV.

CONSOLATORIA.

CONSOLATORIA s̄t, qua marentis animum, tranquillum reddere contendimus.

Exordium, causas adferet, quæ nos ad consolandi officium in pulerint; ut puta, amicitiam, commiserationem, &c.

Propositio, dolendum esse testabitur de eius infelicitate, moleitiae, dolore, seu iacturâ, cognati morte, &c. sed nō usque adeo dolencū, vt animus debilitetur, & frāgatur.

Confirmatio, rationes levandi doloris adducet. Eā, nimirum, lege nos esse natos, ut plurimū afficiamur incommocis. Miseriam illam non diu duraturam. Id nullā suā culpā esse commissum. In summi Dei voluntate esse acquiescendum viro prudenti, forti, sapienti, gravi, magnanimo, qualis ille sit. Ad hæc: ratiōnibus doloris occurremus, ut eas consolationis loco ponamus.

Conclusio, nostram illi operam, studiumque pro virili nostrâ pollicebitur.

RESPONSIo.

Gratam tibi fuisse consolationem rescribes, & quod ab amico, & quod prudenter simul & sapienter contexta fuerit; cuius non est & consilijs te non leviter fuisse levatum. Obsequium etiam reprimis; sed id optare te quam maximè, ut non, nisi in latiore necessitate & occasione contingat. Demum, si consolatio non profuerit; consolantis animū, studium, & ingenium laudabis: sed tamen malū eiusmodi esse dices, quod omnem artem & medicinam superārit,

§. V.

DEDICATORIA.

DEDICATORIA est, qua opus nostrum literarium (seu alterius eiusvis generis) cuiquam consecramus vel mittimus.

Exordium sumetur ab aliqua re delectabili, pulchrâ, præclarâ, illustri, seu à loco communi, qui gradum faciat ad nostri operis argumentum.

Propositio exponet operis eius scribendi causas, methodum, utilitatem, necessitatem, idque patrōno, quem eligimus, sicut.

Confirmatio, quantum nos ei debeamus, ostendet: ubi noster in eum amor, pietas, observantia, vel gratificandi studium commemorabitur; & eius ipsius merita, laudesque prædicabit.

Conclusio, opus ei tuendum, & ab obtrectatoribus vindicandum commendabit: cuius patrocinio plura, maiora, elaboratoria, ipsiusque splendore digniora nos lucubraturos posthac, vel missuros esse pollicebimur.

RESPONSO.

Gratitudinem tuam, & laudes cum operis dedicati, tum etiam nuncupantis viri complectetur, eumque ut utilitati publicæ inservire perget, vehementer excitat.

DEHORTATORIA.

DEHORTATORIA est, qua amicum à malo aliquo peragendo amovere nitimur.

Exordium benevolentiae, & amicitiae signa dabit, quibus ab illo mala omnia avertere cupimus.

Propositio malum illud opus breviter explicet.

Confirmatio eiusdem malitiam, vilitatem, nimium la-
bo-

borem, in certum exitum, in utilitatem, & vanam spem
exaggerabit. Eius, quem dehortaris, credulitatem incu-
fa, & adversariorum perstringe dolos & fraudes.

Conclusio per summorum periculorum metum animo
terrorem incutiat.

RESPONSE.

*Si statuisti non facere: te mirari, dices, cur id dicat, aut
tale de te suspicetur; cum non desint rationes, cur id de
te nec dicere, nec suspicari deberet: omnia tamen te in
bonam partem accepisse.*

*Sin autem obtemperandum non existimas: animi eius
candorem celebrabis, rationesque adduces, quibus
opus appareat bonum, utile, &c. unde ad illud perfici-
endum excitaris.*

§. VII.

DEPRECATORIA.

DEPRECATORIA est, qua alicuius animum meritò
offensum nobis vel alteri lenire, & mitigare contem-
dimus.

*Exordium à coimmuni clementiae, lenitatis, vel inge-
nuè fatentis animi loco instituetur.*

Propositio culpam nostram, vel eius, pro quo scribi-
mus, aperte & clarè confitebitur.

Confirmatio, pro venia impetranda, crimen extenua-
bit ab excusatione vel etatis, vel erroris communis,
vel necessitatis, seu coactionis. Eius pœnitentiam, pu-
dorem, & metum pluribus significabis, & in clementia
laudes iterum excurses.

Conclusio, spem bonam faciet, ut nunquam illum im-
pertitæ venia pœnitentia: nosque illi novo isto grati-
tudinis vinculo posthac devinctiores longè multò fu-
turos.

RESPONSI.

Laudabis ingenuam confessionem culpæ , & plus apud te valere dices summisionem ad veniam , quam ad poenam iniuriam: Te nulli , nisi invitum , irasci : neque te deinceps , modo se debitè gerat , iniuria forē memorem , sed multò illum habiturum esse chariorem.

§. VIII.

DISPUTATORIA.

DISPVTATORIA est , qua Eruditii homines inter se studiorum suorum agunt commercia .

Huius generis , quoniam varium est , certa ratio reddi non potest . Nam aut sciscitantur de re quapiam , aut sciscitanti respondent ; aut siqua de re parùm convenit , disputant .

§. IX.

DISSVASSORIA.

DISSVASSORIA est , qua aliquid alicui dubitanti dissimus . Tractatur autem oppositis capitibus à Suassoria , quam inferiùs suo loco subjiciam . Lege etiam supra Dehortoriam , & infrà Prohibentem .

RESPONSI.

Eadem esto fermè , quæ ad Hortatoriam .

§. X.

EXCVSATORIA.

EXCVSATORIA est , qua de re aliqua nos , vel alios excusamus . V. g. de violata fide : brevitate , tarditate , negligentiam in rescribendo , vel scribendo , &c .

In Exordio necessitudinis pristinæ memoriam refra-
bimus , novisque officiorum pollicitationibus integra-
ri contendemus .

In Propositione crimen nobis obiectum per conque-
stionem exponemus.

In Confirmatione: vel crimen in ipsum objicientem
venustè retorquebimus: vel id in casum , impruden-
tiam,necessitatem,morbum , temporis angustias , aut
occupationes rejiciemus: vel ingenuè fatentes,véniam
rogabimus.

In Conclusione: id novâ curâ, studio , diligentia , amo-
re,officijs, à nobis compensatum iri promittemus.

RESPONSIo.

Dices,te rem non aliter accepisse, quām ipse vel di-
xerit,vel fecerit;neque te animum illius aliter , atque
est,interpretari. Vel modestè ostendes rationes eius
non esse accipiendas: admonebisque , ne in posterum
sæpius cadat,sed maiorem vtilitatis vel honoris curam
adhibeat;amicè tamen , vt illum potius ad bonos pro-
voces mores,quām ad iracundiam inflamnes.

S. XI.

EX POSTVULATORIA.

EX POSTVULATORIA est , qua de amico querimur , quod
nos,nomenque nostrum verbis,aut re aliqua laferit.

In Exordio,mirari nos,dicemus,quod officium negle-
xerit,& imminenteribus iniuriam irrogârit.

In Propositione referemus quid ad nos delatum sit vel
dictum ab eo,vel factum.

In Confirmatione rationes adducemus, quibus convin-
cimur,vt facta esse credamus quæ dicta sunt : cùm vir
sapiens, nobilis , & honestatis cultor falsa confingere
nesciat. Addemus & nostra in eum merita , modestè
tamen.

In Conclusione rogabimus eum,vt ad nos rescribat,ex
eius

eijsque literis quo tandem animo erga nos sit intelligamus:

RESPONSIo.

Instituetur eadem methodo, qua responso ad Accusatoriam, vel qua contexitur Apologetica, seu Excusatoria.

§. XII.

EXPROBATORIA.

EXPROBATORIA est, qua de ingratisimo homine acer-
rimè conquerimur.

In Exordio, dicemus, parùm liberale videri beneficia sua objicere; nos tamen id non ultrò facere, sed alterius compellari iniurijs.

In Propositione alienum maleficium exponitur, & dilatatur.

In Confirmatione vim criminis addemus per beneficij nostri commemorationem, & exaggerationem, & universe de ingratitudinis vitio multa congeremus.

In Conclusione, vel ut ad se revertatur hortabimur, vel comminabimur, caveat ne, si talia committere perget, male ab alijs aliquando mulctetur.

RESPONSIo.

Vt suprà ad Accusatoriam, vel ut Apologetica, vel ut Expurgatoria, quam iam subdimus.

§. XIII.

EXPVRGATORIA.

EXPVRGATORIA est, qua obiecta nobis criminis dilni-
mus.

Exordium fiat ab amore, & observantia nostra: gra-
viterque dolebimus eum à nobis esse offensum, quem
semper dileximus, & observavimus.

In Propositione breviter attingemus obiecta nobis

crimina, quorum singulis respondere pollicebimur.

In Confirmatione falsa crimina diluemus, vera ingeniōsē declinabimus, elevabimus, vel minuemus. Iuvabit mutua studia, atque officia commemorare. Si concedenda sint crimina, rationes afferemus, queis doceamus id nos bono animo perfecisse, tum veniam precebimur: addemusque nos ut homines per imprudentiam esse lapsos; illius verò sapientiæ esse, ignoroscere ei, qui crimen fateatur suum, ab humano potius errore, quam ab improbitate profectum.

In Conclusione profitebimur nos nihil tale in posterum commissuros, & commissa præstitis obsequijs compensaturos.

RESPONSI.

Eadē, quam ad *Apologeticam* conteximus.

S. XIV.

GRATIARVM ACTRIX.

GRATIARVM ACTRIX est, qua ob receptum beneficium animi gratitudinem significamus.

Exordium lœtitiae plenum erit ex beneficio accepto.

Propositio beneficium proponet.

Confirmatio illud exaggerabit à circumstantijs personarum, loci, temporis, modi, &c. nempe, si vltro collatum est, si incunctanter, si citò, si in tempore, si vberimè, si supra merita tua, si ab amicissimo, &c. quò magnitudinem eius intelligere, & quantum debeas, scire, & libenter debere videaris. Deinde parem, aut etiam maiorem gratiam repremittes, vel saltēm (si vires id supereret) animum gratum, & memorem spondebis. Deumq[ue] rogabis, vt ipse condignas gratias rependat.

Conclusio ab eo, cui scribis, petet, vt te amore suo complesti non desinat. Deumq[ue] pro salute ipsius precebatere.

RES^{VM}

RESPONSI.

Respondebis: dolere te, quod maiora præstare ne-
quiveris amico, omnium scilicet gratissimo, sponde-
bisque curam in dies maiorem. Addes, te non fecisse
beneficium, sed ab illo quondam accepta, ut ytpotes,
referre cupijsse: imo ex hoc ipso plus te honoris, quod
ille receperit, quam ille commodi, quod tu dederis,
adeptum fuisse.

S. XV.

GRATVLATORIA.

GRATVLATORIA est, qua alicui gratulamur de bono
aliquo, quod vel ipse, vel alius ipsi coniunctissimus
consequutus sit. Ut de honore adepto, de filio nato, de
prospero eventu, &c.

In Exordio, esse illum vere fortunatum dicemus, cuius
ex bono haud minor penè ad omnes, quam ad illum
ventura sit, lætitia pervenerit.

In Propositione significemus, quantam nos, & alij, vo-
luptatem & gaudium cuperimus ex prospero eius suc-
cessu.

In Confirmatione iustum gaudij causam subtexamus
per ostensionem magnitudinis eius boni, quo ille au-
ctus est. Vel quod non prensatione, non largitione; sed
meritis & virtute obtinuerit rem à multis expetitam, à
paucis obtentam. Deinde eum hortemur ad rem sus-
ceptam cum laude gerendam.

In Conclusione Deum precemur, ut eum illi honorem
fortunet.

RESPONSI.

De gratulatione gratias ages, nec novum tibi esse,
dices, id amici de tuis commodis gaudium; neque tuum
minus fore, vel fuisse, de suis etiam honoribus: idque

maioris à tē aestimari, quod ab optimo proficisci animo probè cognoscas. Tandem sperabis rem tibi prosperè eventutam, præsertim per amici cùm humanitatem, cum prudentiam.

§. XVI.

H O R T A T O R I A .

HORTATORIA est, qua aliquem impellimus, ut aliquid haud dubiè præclarum & excellens aggrediatur. V.g. Virtutem, studium literarum, &c.

In Exordio cius, quem hortaris, laudabis mores, ingenium, naturam, ad id, ad quod excitare eum velis, apertissimam.

In Propositione rem ipsam expones.

In Confirmatione eius rei utilitatem, gloriam, facilitatem, necessitatem, & optimos effectus prædicabis. Excitabis etiam illum ab æmulatione æqualium, ab illustrium virorum exemplis, & à commiseratione; ut si diccas, multos ex eo pendere, parentes, patriam, cognatos, amicos, &c. Vel etiam, ne inimici aliena laude a utilitate dolentes, maximâ ex nostris incommodis voluptate afficiantur. Illa omnia tandem adhibebis, quæ & metum tollere, & fiduciam parere valeant.

Conclades per deprecationem pro tuo in illum amore, & veteri amicitia, & pro pietate, & Religione.

R E S P O N S I O .

Vel idoneis utrēris excusationibus: vel, si dubites, tuas dubitationis rationes commemorabis: vel, si parere est in animo, emnia illa te facturum esse rescribes, etiam si aliter sentires, sentias, vel dubitaveris: quippe cuius auctoritas, monita, & consilia (ut pte quæ ab amico fidei & prudenti proficiscuntur) plurimū apud te valeant. Deinum semper te id beneficium in memoria habiturum.

§. XVII.

§. XVII.

IMPERANS.

IMPERANS est, qua Superior, vel Magistratus aliquid fieri iubet.

Exordio non indiget Superior ad præcipiendum.

Propositio rē illam narrabit, de qua imperandum erit.

Confirmatio ostendet, rem fieri posse, facilem esse, aut certe non difficilem, honestam, utilem pluribus, vel etiam necessariam: modum itidem, & facultatem rei peragendae præbebit.

Conclusio spe emolumentorum & præmiij excitabit subditum, seu comminatione simul supplicij.

RESPONSI O.

Si res, quæ præcipitur, honesta & iusta sit; obedientia plena erit responsio: sim minus; per fortē suavitatem erit obserendum; rationib⁹ tuis efficaciter, modeſtè tamen adductis.

§. XVIII.

IMPETRATORIA.

IMPETRATORIA est, qua à Superiori, vel Principe Viro consequi aliquid obnitionur.

In Exordio tua in illum officia, & in Rempublicam merita citra arrogantium significabis.

In Propositione rem propones, quam impetrare cupis.

In Confirmatione Superioris humanitatem, liberalitatemque laudabis, qua subditos, ut ad benē agendum alacriter excitet, præmijs munere confueverit. Deinde id, quod rogas, non ita magnum esse, ut alijs. tibi paribus, vel etiam inferioribus datum non sit, exemplis comprobabis.

Concluſus obsequij perpetui, debitiq⁹ pollicitatione

RESPONSO.

Cum res negatur, nulla opus est: cum vero conceditur; meritis accipientis recensitis, in præmium id concedi testaberis: & spe novi maiorisque emolumenti & gloriæ, illum ad nova maioraque, tibi Reique publicæ præstanda, obsequia concitabis.

§. XIX.

INDICATIVA. Vide NARRATORIAM.

§. XX.

INVECTIVA.

INVECTIVA est, qua alicuius sceleris vehementer infestando exagitamus. Quod videlicet alij ab eo vitij genere deterrei possint.

Ordiri ex abrupto valemus, & per execrationem narrare delicta; quæ tamen ita carpemus, ut personæ, quantum fieri possit, parcere studeamus. Est & nobis temperatè irascendum, & increpationis amarities, lenitate quadam & mansuetudine, mitiganda. Denique facti pudore, & ignominia aut poenæ metu, vt ad bonam se recipiat frugem cohortabimur.

RESPONSO.

Vel non adhibenda, vel certè tum demum, cum ira desierit, animique commotio. Deinde paratè & modestè omnia, ordine & rationibus subiectis refutanda sunt, vel attenuanda: indicandumque te amicitiam, quoad ipse volet, conservaturum.

§. XXI.

§. XXI.

JOCOSA.

JOCOSA est, in qua salitus, festivisque iocis utimur, vel molestias levandi, vel ingenij & acuminis causa.
Neque huius certus ordo designari potest: nam interdum seria facetijs immiscentur; interdum tota in iocando versatur Epistola. Cavendum tamen, ne lepores isti sint illiberales, petulantes, flagitiosi, obsceni, neu scurrilitati proximi; sed urbani, ingeniosi, & elegantes. Quorum fontes esse solent amphibologiae, paronomasie, paradoxae, apologi, fabella, similitudines, contraria, historiola, &c.

RESPONSIO.

Ad graves viros & maiores, non nisi serio, urbanè tamen est respondendum: in pares & inferiores, jocis etiam vti licebit; in alios, vel nullis, vel modicis.

§. XXII

LACRYMOSA.

LACRYMOSA est, qua de infeli aliquo casu, quod nobis, vel è nostris cuiquam contigerit, dolemus, & ingemiscimus.

Exordium à mutua vtriusque familiaritate sumetur, qua confidis vt amicus condoleat, te consoletur, &c, si res ferat, remedium adhibeat.

Propositio doloris causas adferet.

Confirmatio infortunij magnitudinem exaggerabit à circumstantijs; intermixtis quandoque interrogationibus, admirationibus, & exclamacionibus, quæ hic valent plurimum. Addes etiam quam spem, si qua est reliqua, & qua in re, quóve in homine habeas.

Conclusio amici officium, operam, consilium, & consolationem exposcit.

RESPONSO.

Eodem instituetur ordine, quem superius pro *Consistoria* præscripsimus.

§. XXIII.

LAUDATORIA.

LAUDATORIA est, qua nos, aut nostra, vel alios, aut alie-
na commendamus.

Laudantur personæ, vibes, regiones, & alia huiusmo-
di: qua et re breviter egimus *Progymn. 8. fusè vero lib.*
1. Rhetor. differemus. Num hic adverterem in laudibus
nostris vitandam esse quam maxime arrogantiam; in
alienis adulatio[n]is fucum: at licet nobis hic esse ali-
quantò largioribus; de suis quippe laudibus quotus.
quisque non sibi iusto liberalius ad blanditur, indulget?
que?

RESPONSO.

Gaudebis, te, vel tuos, aut tua laudari à laudato, gra-
vi, vel docto viro Modestè tamen laudes recusabis,
præfertim ingenij & doctrinæ, easque referes in benig-
nitatem, vel in benivolentiam dicentis: attamen fate-
bere te n. agis inde ad virtutes, aliasque res laude dig-
nas suissimamatum; multoque enixius post hac cu-
taturū, ut eo pervenias, quod ille te accessisse iudicavit;
& aliquando veritati id ipse largiri possit, quod nunc
hunc nitati. Vel, si quid egregium efficeris, id totum
rejiciendum esse testaberis in eos, quorum operā, stu-
dio, & auctoritate perfecisti. Denique moderatissimi
est viri nihil ad laudationem restringere, præfertim cum
alia suppetunt, de quibus respondere oporteat.

Tum vero de alienis laudibus recribimus, eas
& confirmabimus, & augebimus; vitia tamen præter-
cunda sunt, nisi lepidè iocari interdum libeat.

§. XXIV.

§. XXIV.

MONITORIA,

MONITORIA est, qua amicū officijs sui commoneamus, ut aliquod vitium corrigat, vel ut quod eius inter sit facere doceamus.

Exordium laudabit eius animi dotes, & nostram significabit exinde in illum existimationem & amorem, quo illum labē quāpiam vel levissimā deprecari non p̄timur.

Propositio vitium referet, quod corrigi cupimus. Vt quod in suos sit durior, vel quod eorum avaritiam non compescat, vel quod plus æquo sit iracundus, &c.

Confirmatio argumenta ducet ab honesto, utili, glorio so, quibus vitij odium, contrariæ virtutis amorem gignamus. Vitij etiam culpam in ætatem, vel gentem, vel hominum minus idoneorum convictum conjicie mus. Eodem illustres alioqui viros laborasse, dices; sed exiguo id illum negotio correcturum.

Concludo petendo ab amico, vt pari te libertate, ubi se se offterat occasio, commoneat.

RESPONSE.

Dices monitionem non modò tibi non molestā, sed & fuisse quoque iucundissimam. Reliqua ut in respon sione ad *Hortatoriam*.

§. XXV.

NARRATORIA.

NARRATORIA est, in qua absentem de rebus que s̄p̄iam certiore efficiamus.

In Exordio benevolentiam captabimus, nisi cùm amicitia mutua est, vel cùm aliam ob causam prætermitti id posse, vel etiam oportere videatur.

In Propositione ea referemus, quæ ab alio sciri desideramus. Vbi, præterquam quod omnia ut plurimum breviter, simpliciter, dilucidè, pure, eleganter, & propriè narranda sunt; illud etiam notandum, ut (quoad eius fieri possit) naturalis ordo servetur, à loco, tempore, rebus, personis, cæterisque circumstantijs: ut seorsum publica, privata; prospera, adversa; sacra, prophana; gesta, vel gerenda indicentur. Adde aptis utendum transiunculis, quibus res illæ diversæ connectantur, & unum veluti corpus efficiant.

Confirmationi in hoc Epistolæ genere locus est nullus.

Conclusio similia pollicebitur nos esse scripturos; & ab amico, ut ipse quoque (si quid novi acciderit) ad nos perscribat, obsecrabiimus.

R E S P O N S I O.

Per-nobis-gratum fuisse amorem dicemus, quo nos prosequitur, & literas iucundas, è quibus ea, quæ optabamus, cumulate didicimus: siquid prætermiserit, urbane admonebimus, ut & illa, quorum amicum cognoscendorum avidum esse existimamus: rogabimusque, vita facere pergit, vti cœpit, & id quam sapissime.

§. XXVI.

O B I V R G A T O R I A.

OBIVRGATORIA est, qua amici delictum, ut corrigitur, reprehendimus.

Exordium, amici (in alijs laudati) vicem dolebit, quod anteactam vitam dehonestarit.

Propositio delictum ob oculos ponet.

Confirmatio id exaggerabit à circumstantijs loci, modi, personæ, temporis, &c. &c. ab aliorum comparatione.

Conclusio amicum commoneat de virtute pristinâ,

&

& quam de illo spem conceperimus, proponat.

RESPONSIO.

Consule Epistolam *Expurgatoriam*.

§. XXVII.

OFFICIOSA.

OFFICIOSA est, qua studia, & operam nostram omnem amico pollicemur.
Exordium amicitiae nostrae causas commemorabit, integrabitque.

Propositio omnem nostram curam, diligentiam, operam, studium, auctoritatem, gratiam, & facultates amici arbitrio committet.

Confirmabis à præstitis olim officijs, quæ breviter & modestè referes: vel à dolore; quod nunquam hactenus occasio se dederit præstandi officij iam diù debiti.

Conclades rogando, ut omnia & à te expositulet & expectet: quippe cuius vel cogitationes tuis officijs sis superaturus.

RESPONSIO.

Fiet per Gratiarum actionem, & parium officiorum pollicitationem, contentionemque.

§. XXVIII.

PETITORIA.

PEITORIA est, qua quidpiam vel pro nobis, vel pro alio à quolibet postulamus. Cum pro alio scribitur, Intercessio appellatur. In omni autem Petitione hoc observandum est: 1. vt possit præstari quod petitur: 2. vt sit res iusta quæ petitur: 3. vt habeat modum petitio: 4. vt sequatur remuneratio. Quo artificio in re planè honesta, &c apud amicum vti licet. Alias vero

*E*xordiū à viri bonitate potest sumi, qua prodesse omnibus gaudet. Vel à tibi anteactis beneficijs. Vel à mutua parentum utriusque familiaritate, & laudibus. Vel à modesta olim sibi à te præstiti recordatione beneficij.

Propositio nudam rei petitionem continebit.

Confirmatio ostendet rem esse honestam, piam, iustum, illi quam facilem, nobis perutilem, vel insuper necessariam; & contrariorum capitum argumenta dissolvet. **V**alet hic misericordiae commotio ab inopia, vel à miseria nostra; item preces, & obtestationes per res & personas illi charissimas.

Conclusio promittet animum gratum; totum etiam te fiduci illius consecrabit.

RESPONSO.

Vel rei difficultates à circumstantijs exaggerabis, id que totum superasse te dices, atque tribuisse aut eius amicitiae, aut eius virtuti, nobilitati, necessitati, &c. quippe cui omnia debeas. Vel dolebis tam effusas amici preces in re facilissima: multò in aiora, scribes, illum esse proxeritum, in quibus rogabis, ut operā tuā atque frequētiū vti velit. Vel (*s̄eres neganda sit*) facultatis penuriam ad clargiendum proferes: seu rem esse illo indignam, inutilem, incommodam; neu per te stetisse quod fieret. Demum ita comiter & aptè rationes ad negandum adduces, ut vel amicum conserves, vel præterea facias amicissimum.

S. XXIX.

PROHIBENS.

PROHIBENS est, qua Magistratus, vel Superior aliquil fieri vetat.

Tractatur autem oppositis ab Epistola Imperante capitibus: nisi quod hæc asperius agit, & præmij 1000 poenam, ignominiamque proponit.

Ri:

RESPONSI.

Eadem, quam pro Imperante superius exhibuimus.

§. XXX.

SVASSORIA.

SVASSORIA est, qua, ignaro quid fieri oporteat amico, probationibus conamur, ut velit quod illi faciamus esse existimamus.

In Exordio captanda est benivolentia à tuō in illum amore & voluntate.

Propones deinde quæ illi persuadere velis.

In Confirmatione rationes petes ab honesto, utili, facili, iucundo, necessario, eventuro, &c. Augebis à circumstantijs loci, &c. Ita verò suadebis, ut consilio atque prudentiæ illius multum semper tribuisse videaris.

Claudes Epistolam magna amoris significatiōne,

RESPONSI.

Eadem fermè, quæ ad Imperantem.

§. XXXI.

VALEDICTORIA.

VALEDICTORIA est, qua aliquò abituri, amico valedicimus.

Exordieris ab necessitudinis mutuæ cōmemoratione,

Propones necessariam absentiam, testaberisque dolorem tuum, quòd ab amicissimo divellaris.

Confirmabis à laude fidei eius, beneficiorumque ab illo acceptorum. Quòd si coactus infortuniò abibis, misericordiam ciebis à privatione patriæ charissimæ, vxoris, liberorū, affinium, cœterorumque amicorum. Sin autem absentia è te tua sit, ut studiorum causa, vel
ad

DE CONSCRIBENDIS
ad munus aliquod honorémv Reip. obeundum; tem-
perantiū ages.

*Concluses benè ominando, & precando ijs, à quibus
discedis.*

R E S P O N S I O.

Indignaberis in fortunam, quòd te ab amico divellat
im̄merentem. Vel illum increpabis, quòd deserere te
fustineat; tuamque solitudinem lamentabere. Ac, si
opus fuerit, amicum consolator: vel, si occasio ferat,
de honore obtento gratulator. Tandem ad preces te
convertes, optimaquæ illi omnia à Deo optabis.

§. XXXII.

VITUPERATORIA.

O ppositis capitibus tractatur ac *Laudatoria*. Vide
Progynn. 9.

R E S P O N S I O.

Ficit per *Expurgatorium*, vel per *Expostulatoriam*.



DE

DE RHETORICA
FACULTATE.

LIBER I.

DE INVENTIONE.

CAP. I.

NATURA, OFFICIVM, FINIS, &
Materia Rhetorice.



RHETORICA est *Ars bene dicendi.*

Ars est facultas, certas rationes & præcepta faciendi aliquid ordinatè præbens; quæ, si optimè cognita & perspecta fuerint, nunquam fallunt.

Bene dicere est ornatè, graviter, & copiosè loqui: seu rem optimis sententijs, verbisque lectissimis exprimere.

OFFICIVM Rhetorice est dicere ita appositè ad persuadendum, ut Orator docere, movere, delectare possit.

FINIS est ut ipsa persuadere dictione.

Artis cuiusvis *Materia*, est id, circa quod versatur Ars: ut *Medicina* materia, sunt *morbi* & *vulnera*; *Pictura* *Materia*, sunt *colores*, &c.

MATERIA

MATERIA ergo Rhetoricae sunt res omnes, de quibus sermo institui, seu quae in disputationem cadere possunt; quae idcirco *QUÆSTIO* appellatur.

Quæstionum duo sunt genera. Alterum Infinitum, quod Græci *THESIN*, Cicero *Propositum* vocat: alterum Certum & Definitum, quod *HYPOTHESIS* illi, Latinivel *Causam*, vel *Controversiam* appellare solent.

THESIS est, in qua aliquid generativum queritur. V. g. *Eſt-ne addiscenda Eloquentia?*

HYPOTHESIS, seu *Causa*, est, quæ certis circumstantijs loci, temporis, personæ, vel qualitatis, &c. alligatur, seu definitur. V. g. *Eſt-ne fæminis addiscenda Eloquentia?* vel; *Eſt-ne addiscenda ante, an post Philosophiam?* vel; *Eſt-ne addiscenda in scholis, an in privata domo?* &c.

Causarum, seu *Hypothesum* tria sunt genera, *Exornativum*, *Deliberalivum*, & *Iudiciale*.

GENUS EXORNATIVVM est, quo ad aliquid laudandum, vel vituperandum utimur; aliter *Demōstrativum*, & *Epidicticum*, seu *Encomiasticum* appellatur: cuius duæ sunt partes, *Lauda*, & *Vituperatio*: tempus spectat vel *præsens*, vel *preteritum*: Finis, quem attendit in Laude, est *honestas*; in Vituperio *turpitude*: movetque, in Vituperio, ad *indignationem* & *desestationem*; in Laude, ad *delationem* & *imitationem*.

GENUS DELIBERATIVVM est, in quo suademus, dissuademus; hortamur, dehortamur; commendamus. Eius duæ sunt partes, *Suassio*, & *Dissuassio*: tempus futurum: finis in *Suassione*, *utilitas*; in *Dissuassione* *detrimentum*: movetque in *Suassione*, *spem*; in *Dissuassione*, *timorem*.

GENUS JUDICIALE est, in quo accusamus, aut defendimus: tempus est *præteritum*: finis *Accusationis* *punitio*; *Defensionis* autem *impunitas*: & in *Accusatione* *Judicem* incitat ad *severiam*; in *Defensione* ad *clementiam*.

His addi potest GENVS DIDASCALICVM, quod non tantum complectitur quæstionem finitam; sed etiam extenditur ad infinitum, & ad rem quamlibet, de qua sermo vel oratio institui potest. Hoc genere continetur Theses publicæ hoc Theologi differunt de Deo, Angelis, Anima, Fide, Spe, Charitate, cæterisque virtutibus, &c.

Debet Orator HYPOTHESIN, seu Causam, ad THESIN revocare. V. g. Ut probet, Aristotelis Philosophiam esse perdescendam, primo probabit, Philosophiam esse perdescendam: qua stabilitâ, ad stabiendum priorem gradus fieri.

HYPOTHESIS ad THESIN revocabitur, si à proprijs personis, temporibus, locis, vel alijs quibusvis circumstantijs limitantibus avocetur; & ad universi generis orationem traducatur.

CAP. II.

PARTES & AUXILIA RHETORICÆ.

QVINQUE sunt Rhetoricæ partes, & quasi membra Eloquentiæ: *Inventio, Dispositio, Eloquutio, Memoria, & Pronuntiatio.* Oportet enim primum invenire quæ dicas, inventa disponere, disposita verbis ornare, ornata memorie mandare, mandata denique pronuntiare.

INVENTIO est excogitatio rerum verarum, aut verisimilium, quibus vel certum, vel saltem verisimile redditur id, quod Orator probare contendit.

DISPOSITIO est rerum inventarum in ordinem distributione.

ELOQUUTIO est idoneorum verborum & sententiarum, ad res inventas accommodatio.

MEMORIA est inventarum rerum ac verborum, firma perceptio vel recordatio.

PRONUNTIATIO est corporis & vocis ea moderatio, quam res inventæ, ac verba requirunt.

Eloquentia (quæ quinque supradictis partibus
constat) *Natura*, *Arte*, *Imitatione*, atque *Exercitatione*
comparatur.

NATURA ad eloquentiam in hominis animo requiri-
rit celeres motus ad inveniendum, explicandum, exor-
tandum, & recordandum aptissimos: in hominis cor-
pore postulat latera firma, canoram vocem, solutam
linguam, oris & totius corporis conformatiōnēm.

ARS (quam *Natura*, seu *Naturalis Eloquentia* pepe-
nit) ea perficit, quæ à natura sunt. 1. Dum monet quod
omnia sint referenda, quæ ad finem nobis propositum
spectant. 2. Dum indicat, an recta sint quæ habentur i
natura & studio. 3. Dum efficit, ne fortuitò dicamus, &
vt semper ad dicendum parati simus.

IMITATIO est æmulatio, qua impellimur, vt cum dili-
genti ratione, optimorum in dicendo similes esse vi-
deamur. 1. Dum nobis proponimus aliquem summum
in Arte imitandum, quem tētā mente intueaimur. 2.
Dum quæ in eo summa erunt, diligenter conemur ex-
primere.

EXERCITATIO est consuetudo exercendi styli, vel
sermonis, iuxta Artis præcepta, qua intelligendi pru-
dentiam acuimus, & eloquendi celeritatem incitamus.
Dum plurimum non ex tempore dicimus, vel scribi-
mus; sed spatiū ad cogitandum sumimus, vt accura-
tiū dicamus, aut scribāmus.

CAP. III.

De INVENTIONE, & LOCIS ORATORIJS *generatim.*

Primum Oratoris munus est invenire quid dicat;
cūm ut docent auditores, tum ut fidem faciat, seu
persuadeat, tum ut permovere, & in sententiam suam
per-

pertrahat. Persuadet Orator *Argumentis*, movet *Amplificationibus*. De his agemus Cap. 8.

ARGUMENTVM est probabile inventum ad faciendam fidem, seu ratio, qua rei alioqui dubiæ credi possit. *Fides* est firma opinio. *Opinio* est assensio imbecilla, seu cum formidine in contrarium. In *Theore* fidem solam facit Orator; in *Hypothesi* vero fidem, & motum. *Fides* gignitur Argumentatione.

ARGUMENTATIO est argumenti explicatio, & dilatatio. Argumenta è Loci Oratorijs sumuntur.

Locus Oratorijs est Sedes argumenti, & quoddam veluti Promptuarium, & Nota, qua indicatur quid in rebus Orator pervestigare debeat.

Argumentorum alia dicuntur **INSITA**, seu **INTRINSECA**, quæ petuntur à loco, qui rei inest, vel est intarrem: alia **REMOTA**, seu **EXTRINSECA**, vel **ASSUMPTA**, quæ non è re ipsa, sed è loco, qui extra rem est, affunduntur.

Loci Argumentorum **Insitorum** sunt sexdecim: 1. *Definitio*. 2. *Entitatio partium*. 3. *Notatio*. 4. *Coniugata*. 5. *Genus*. 6. *Forma*. 7. *Similitudo*. 8. *Dissimilitudo*. 9. *Contraria*. 10. *Adiuncta*. 11. *Antecedentia*. 12. *Consequentia*. 13. *Reapugnantia*. 14. *Cause*. 15. *Efecta*. 16. *Comparatio*.

Loci Argumentorum **Remotorum** Quintilianio sunt sex: 1. *Præindicia*. 2. *Fama*. 3. *Tormenta*. 4. *Tabule*. 5. *Instrandum*. 6. *Testes*. Ea tamen Cicero uno *Testimonij* nomine complectitur.

CAP. IV.

DE LOCIS INSITIS.

1. **D**EFINITIO est Oratio rei alicuius naturam breviter explicans. Debet habere *Genus*, & *Differentiam*. *GENUS* est aliquid rei commune cum alijs rebus; *DIFFERENTIA* est aliquid, quod soli rei, quæ defini-

nitur, convenit. V.g. *Ars bene dicendi. Arte esse, & Rhetoricae & alijs artibus* convenit: *Bene autem dicere*, solum Rhetoricæ proprium est. *Vt probes à loco Definitio-nis Rhetoricam esse utilem*, sic efforma argumentum. *Ars bene dicendi est utilis; at qui Rhetorica est Ars bene dicen-di: ergo est utilis.*

2. *PARTIVM DISTRIBVTIO* est oratio, qua aliquid in partes suas distribuitur. V.g. *Virtus in Prudentiam, Iustitiam, Fortitudinem, & Temperantiam.* Argumentum. *Omnis virtus oritur aut ex Prudentia, aut ex Iustitia, aut ex Fortitudine, aut ex Temperantia: Calliditas ex nulla earum erit: ergo Calliditas non est virtus.*

3. *NOTATIO*, seu *Etymologia*, est locus, qui verbo-rum originem inquirit V.g. *Consul* dicitur qui *consulit patriæ*. Argument. *Piso non consulit patriæ: ergo Piso non est Consul.*

4. *CONIVGATA* sunt, quæ cùm ab eadem radice orta sint, seu deriventur, variè commutantur. V.g. *Sa-piens, Sapienter, Sapientia, à Sapi-o.* Argum. *Sapientiam habet in animo defixam, ac proinde sapiens est, & sapienter se geret.*

5. *GENVS* est quedam totum plures continens partes, communione quadam sibi similes, specie tamen differentes. V.g. *Virtus est Genus*, quia continet *Pruden-tiam, Iustit. Fortitud. & Temperant.* quæ sunt eius partes, seu *Species*, inter se quidem *Virtutis participatione* similes, differentes tamen, quia earum natura diversa est. Argum. *Virtutis laus in actione consistit: Prudentia est virtus: ergo Prudentia laus in actione consistit.*

6. *FORMA* est Species seu pars Generi subiecta, si-
ve sub Genere contenta. V.g. *Iustitia Species est Virtus*, quia sub *Virtute* continetur. Argum. *Punire reos est Iustitia: sed Iustitia est Virtus: ergo punire reos est Virtus.*

7. *SIMILITVDO* est Oratio, qua rei alicuius qualita-

tatem, alteri rei dispari inesse contendimus. Exemplum, & Argum. Ut quidam morbo aliquo efficti, suavitatem cibi non sentiunt: sic facinorosi homines, vere laudis gaudium non habent. Cic.

8. DISSIMILITUDINE est Cratio, qua res diversas, diversis etiam qualitatibus affectas, vel afficiendas esse dicimus. Exempl. & Argum. Barbarorum est in diem vivere: ergo Christianorum consilia ad sempiternum tempus referri debent.

9. CONTRARIORVM genera sunt quatuor; Adversa, Privantia, Relata, & Contradicentia.

ADVERSA sunt ea, quae sub eodem genere plurimum differunt, & se mutuo expellunt. V.g. Virtus, Vitium, Pax, Bellum. Argum. Virtus est ampl. & bona: ergo Vitium fugiendum.

PRIVANTIA sunt Habitus, & eius Privatio. V.g. Auditus, & Surditas in auribus. Lux, & Tenebra in aere. Argum. Quid expectas auctoritatem loquentium; quorum voluntatem tacitorum perspici?

RELATA sunt quae inter se necessarium habent ordinem, ac proinde vnu intelligi non potest sine alio. V.g. Creator, & Creatura. Pater, & Filius. Dominus, & Servus. Dux, & Miles. Argum. Cur discere turpe sit, quod scire honestum est?

CONTRADICENTIA sunt ea, quoru vnum negat quod affirmatur ab alio; & eorum alterum falsum esse debet, alterum verum: V.g. Hic est homo, Hic non est homo. Argum. Cum is Modestus sit, ne illum dicas Immodestum.

10. ADIVNCTA sunt ea, quae frequenter (licet non necessariò) cum re sunt coniuncta, sive illam antecedant, sive comitantur, sive subsequantur. V.g. Locus, Tempus, Vestitus, Comitatus, Strepitus pedum, Rubor, Pallor, &c. In hominis animo, Virtus, Vitia, &c. in corpore, Pulchritudo, Deformitas, &c. Argum. Iesus est nocte cū armis, & mutata

11. ANTECEDENTIA sunt ea, quæ rem necessariò antecedunt. V.g. Solis ortus, Diem. Argum. Ortus est Sol; ergo dies est.

12. CONSEQUENTIA sunt ea, quæ rem necessariò consequuntur. V.g. Cicatrix, Plagam. Argum. Cicatricem habet: ergo aliquando plagam passus est.

13. REPUGNANTIA sunt, quæ nec certâ lege, nec numero inter se se opponuntur; in quo à Centrarijs, & Dissimilibus differunt. V.g. Amare & Odire, Contraria sunt; Amare verò & Nocere, aut Ledare, aut Convictari, Repugnantia sunt. Argum. Amat illum: igitur non ei nō cuit, non illum leſit, convictijs non infectatus est.

14. CAUSA est, quæ suā vi efficit id, cuius est cauſa. V.g. Vulnus, est cauſa Mortis; quia vi suā mortem patrit. Sic Ignis est cauſa Ardoris, Cruditatis, Morbi, &c. Cauſarum genera sunt quatuor: Finalis, Efficiens, Formalis, Materialis.

FINALIS est ea, cuius gratiâ, seu Prepter quam aliquid fit. V.g. Finis hominis est Beata Vita: Studiorum, Scientia, Belli, Pax. Argum. Homo natus est ad beatam vitam: ergo non ad pastum, & voluptatem.

EFFICIENS est ea, A qua aliquid fit. V.g. Sol est cauſa efficiens Diei, Dei, Mundi. Argum. Senectus parè bibit: ergo caret vinolentia. Nam vinolentiam efficiunt pocula frequentia.

FORMALIS est ea, Per quam res est id, quod est, & à rebus alijs distinguitur. V.g. Anima rationis compos est Forma Hominis, per quam à cæteris rebus secernitur. Argum. Canis non est rationale præditus: ergo non est homo.

MATERIALIS est ea, Ex qua res fiunt, vel In qua sunt. V.g. Marmor est materia, ex qua fit Statua; Corpus, est

materia, in qua est Anima hominis. Argum. Corpus mortale est: ergo *Anima* (qua immortalis est) ipsi dominari debet.

15. **EFFECTA** sunt ea, quæ de causis oriuntur. V.g. Dies est eff. ætus Solis. Totidem sunt effectorum genera, quot causarum: singulis enim causis sua respondent effecta. Argum. *Virtus* parit laudem: igitur s. quænda est. Ex voluptate, morbi, infamia, & mors gignuntur: ergo voluntas est fugienda.

16. **COMPARATIO** est, cùm duo, vel plura, in aliquo, quod sit eis commune, conferuntur. V.g. Illustrorem quandoque palmam mereatur fuga, quam pugna. En, Fuga & Pugna comparantur in Palma, quæ utriusque aliquando communis est. Potest autem institui Comparatio tripliciter.

1. *A maiori ad minus*: cùm contendimus, ut id, quod valet vel non valet in re majori, valeat vel non valeat in minori. Argum. O passi graviora dabit Deus his quoque finem. † Si quinque legiones hostium vincere non valuerunt, multò minus duæ poterunt.

2. *A minore ad maius*. Cùm vicem versam contendimus. Argum. Surgunt de nocte latrones, ut furentur: quid n. adolescentes, ut studeant? † Verbera patienter tulit; multò magis verba & convitia perfecit.

3. *A comparatione parium*. Cùm æqualia rebus convenire contendimus. Argum. Virtute frater tuus excellit; cur tu quoque non excellas? † Beati per labores sibi gloriam prepererunt; ijsdem ergo nos pariter gradibus ad honoris fastigium concendamus.

CAP. V.

DE LOCIS REMOTIS.

ARGUMENTA REMOTA non parit Oratoris Ars; sed ea (ad se foris allata) artificiosè tractat.

1. **PRÆIVDICIVM**, est statutum olim aliquod, affe-

56 DE RHETORICA FACULTATE
rens iudicaturis exemplum, quod sequantur. Argum.
Grassatorem maiores nostri capite mulcerunt: & hunc tueri-
num grassatorem vos impunem evadere patiemini?

2. A FAMA fit argumentum; ostendendo id, quod
probatur, ex communi hominum sermone verum esse.

3. A TORMENTIS: demonstrando, vi tormento-
rum, expressam confessionem vel à reo, vel à con-
scijs sceletis, quod probatur.

4. A TABVLIS: si ostendatur rem, qua de agitur, in
publicas Tabulas esse relatam, adeoque pro incubitata
haberi debere.

5. A JVRE JVRANDO: si demonstraveris, illud idē,
cuiuspiam iuramento confirmatum esse.

6. A TESTIEVS: si alius, vel aliquorum Testi-
monio rem ipsam confirmari docueris, aut contraria
Testimonia refelleris.

¶ His omnibus adde Leges, Autoritates, Historias, &
Exempla, Hieroglyphica, Apophthegmata, Fabulas, Apologos,
Parabolas, Adagia, Emblemata, Gnomas, vel Sinten-
tias, Mores, vel Ritus gentium, Antiquitates, Sacrarum Li-
terarum Thescauros, &c. quæ, si suppetant, & artificiose tra-
centur, multam vim afferunt Orationi.

CAP. VI.

QVA RATIONE ERVANTVR ARGUMENTA

ex Locis Rhetorice.

S I probare velimus, Virtutem esse expetendam, Locos
omnes percurremus, & è singulis Argumentum ali-
quod deponemus.

A Definitione. *Virtus est habitus mentis, quo recte vivi-
zur, & quo nullus male utitur: is autem est expetendus: Vir-
tus igitur est expetenda.*

A Partium distributione. *Prudentia, Justitia, Fertitudo,
Imperantia expetenda sunt: Virtus ergo,*

A Notatione. *Virtus à Viro dicta est: se autem Virum in rebus omnibus præbere expetendum est: Virtus ergo expetenda.*

A Conjugatis. *Viriliter agere expetendum est: Virtus ergo expetenda.*

A Genere. *Honestus animi habitus expetendus: nullus autem honestior Virtus: ergo expetenda Virtus.*

A Specie, seu Forma. *Temperantia expetenda est: ea vero Virtus est: ergo expetenda Virtus.*

A Simili. *Vi medicina morbis corporis curandis expetenda est; sic Virtus malis animi sanandis.*

A Dissimili. *Catera bona, ut non semper aut utilia, aut honesta; sic non semper expetenda: Virtus vero, quia semper utilis, semper honesta, semper expetenda.*

A Contrario. *Vitium fugiendum est: ergo Virtus amplectenda.*

A Privantibus. *Virtutis cessatio, aut intermissione reprehendenda: Virtus ergo expetenda.*

A Contradicentibus. *Non dare Virtuti operam non est expetendum: ergo expetenda Virtus.*

Ab Adiunctis. *Civium benevolentia, præclaræ opinio, optimum recte faciendi exemplum, quod alij capiant, expetenda sunt: ergo Virtus, quam hac comitantur, expetenda.*

Ab Antecedentibus. *Instititia, quæ Virtutem antecedat necesse est, est expetenda: Virtus ergo, quæ illam consequitur, erit expetenda.*

A Consequentibus. *Gratia apud Deum, cœlitum amor, piorum operum inter honestos viros communicatio, &c fructus expetenda sunt: Virtus ergo, quam hac omnia consequuntur, expetenda.*

A Repugnantibus. *Remissio animi in præclaris actionibus fugienda est: Virtus ergo, quæ viriliter agit, expetenda.*

A Causa finali. *Deum ipsum expetere, si miternamque gloriam semper debemus: Virtus ergo, quæ nos ad ipsum dicit, expetenda.*

A Causa materiali. Praeclare & honeste actiones, quibus
Virtus exercetur, expetende: Virtus ergo.

A Causa formalis. Bonitas ipsa expetenda est: Virtus ergo,
qua illa continetur.

A Causa efficienti. Deus Virtutis auctor, est nobis expe-
tendus: ergo & Virtus est expetenda.

Ab effectis. Quies & tranquillitas animi, contemptio re-
rum humanarum, confidentia & spes in Deum, que Virtus
sunt effecta, expetenda sunt: ergo & Virtus.

A Comparatione minorum (nam maiorum compa-
ratio non occurrit) si que corporis valetudini serviant, au-
que ad eius molestias levandas valent, expetenda sunt: Vir-
tus, que salutem animo afferit, quanto magis expetenda est?

A Pari. Quotquot beatam vitam consecuti sunt, Virtu-
tem expetiverunt: uobis ergo, si consequi eandem cupimus, Vir-
tus expetenda est.

A Testimonio Ecclesiastici, cap. 16. Melior est unius
timens Deum, quam mille filij impij.

Hac ratione ad quamcumque Quæstionem propo-
sitam explicandam, facile sibi quisque argumentorum,
& rationum copiam comparabit: delectus tamen erit
habendus aptiorum pro cuiusque quæstionis genere.

Postquam hac ratione Materia comparata fuerit,
prima Ratiocinatio ita est locupletanda, ut eius cum
Propositionem, tum Assumptionem expolias, adhibitis
alijs ratiocationibus, cum figuris & tropis, hoc fer-
me modo:

Nemo est, Auditores, tam prava mente, ac scelerato
animo preditus, qui non fatigatur, id esse homini maximè
expetendum, quod sit cum probitate & honestate coniun-
ctum.

Huic Propositioni duæ rationes subjici possunt:

i. Quia humana rationis vis est, atque minus, ut à

malis bona disungat, illa ut fugiat, hæc ut amplectatur.

2. Quia natura ita bonum ad honestatem finxit, ut nihil, nisi quod bonum sit, aut boni speciem praesferat, amare illum patiatur. His praemissis, accedat Assumptio, quæ ita potest induci;

Et Virtus profecto non solum bona est ipsa per se, sed bonorum omnium præstantissima.

Assut pitionis vero hæc subiungi possunt rationes:

1. Quia eius dignitas non penet aliunde, neque ullis potest incommodis minui. 2. Quia cetera omnia bona ab una Virtute dignitatem capiunt; ab ea sciundâ dignitatem, ut præclarum nomen, amittunt.

His duobus Argumentis tractatis (neque uno semper argumentationis genere, sed vario; ne similitudo pariat latitudinem) concludere argumentationem oportebit, quæ huiusmodi esse potest:

Quod si maximè expetere, & amplecti homines debent, quod honestum est; Virtutis autem tanta præstantia est, ut non modo reliqua bona omnia dignitate superet, sed quicquid dignitatis illa habent, ab ea una mutuantur: quis tam cæcus est, atque amens, qui non potet, præ ceteris rebus expetendam esse Virtutem?

Pertractatâ primâ Ratiocinatione, ingeniosè transibis ad secundam, hoc modo:

Iam verò, quis non videt, id nobis esse maximè expetendum, quod unum nos cum summo parente nostro, & ejusliore contingat, qui nostrorum est finis animorum? &c.

CAP. VII.

ARS TRACTANDORVM ANIMI AFFECTVVM.

IN id incumbere debet Orator ut Auditorum animos vel ad Virtutem impellat, vel à Vitio reducat: quod obrinebit si nentis. *Aff* eius aptè tractare didicit.

Aff -

AFFECTUS est animi quidam impetus, quo ad appetendum, aversandumve aliquid, vehementius, quam pro quieto statim, impellimur. Præcipui verò Affectus sunt. 1. Amor, 2. Odium. 3. Desiderium. 4. Fuga. 5. Lætitia, seu Gaudium. 6. Tristitia, seu Dolor. 7. Spes. 8. Desperatio. 9. Metus, seu Timor. 10. Audacia, seu Confidentia. 11. Ira. 12. Mansuetudo, seu Clémentia. 13. Misericordia. 14. Indignatio. 15. Invidia. 16. Æmulatio. 17. Pudor. 18. Gratia.

S. I.

AMOR.

AMOR est humane voluntatis in rem bonam, quatenus bonam, propensio. Concitatatur ab ostensione Boni.

BONVM autem est. 1. Hon^{stum}, scilicet, Virtus & Probitas, Æquitas, modesta pulchritudo, animi Nobilitas, comitas, & mansuetudo, innocens & simplex urbanitas, constantia, atque fidelitas. 2. Veile, videlicet, Beneficium, aut grati animi significatio. 3. Delectabile, nimirum, Amor reciprocus, bonorum & malorum communitas; morum, studiorum, ac periculorum similitudo, fiducia, familiaritas & domestica consuetudo, alienæ virtutis commendatio, imitatio studiorum, & injuriarum oblivio.

Amorem extingues, si rei malè dilecta vitia pateferis; si infamiam inde nascituram ostendes; si perfidia, doli, injuriæ, amatum in amantem insimules; si in rei opportunitatæ consequendæ desperationem adducas; si Amoris incommoda, ineptias, servitutem, resistantiam exaggeres, &c.

S. II.

ODIUM.

ODIVM est motus animi, quo hic se avertit ab eo, quod malum est, vel certè existimat malum.

Con-

Concitatatur representando incommoda & clades illatas ; expnendo calumnias ac contumelias ab inimico profectas, contemptumque quo quis ab illo despicitur ; cuius speciem indignam, crudelem ac funestam exprimes; alterius verò contrà virtutem, innocentiam, conditionem & dignitatem efferes: describendo adversarij vitia, ea præsertim ex quibus Odium incenditur; ea sunt libido, audacia, & impudentia, injustitia, superbia, crudelitas, avaritia, ingrati animi labes, nimia potentia, & impietas.

Remittitur , cùm tristitiae nubes ex animo depelli- tur; cùm odij causæ benè repelluntur , vel minuantur, vel auferuntur ; cùm adversarij pœnitentia & dolor ostenditur. Plurimum proderit repentina calamitatis commiseratio, & inimici adversa fortuna ; item preces & lachrymæ.

§. III.

DESIDERIUM & FUGA.

DESIDERIUM est motus , quo animus fertur in bonum absens, quietus bonum.

FUGA est affectus animi , quo à malo absenti , quietus malo, recedere desistendo coartatur.

Excitat desiderium absentis rei, qui eius presentiam, magnitudinem, & honestatem declarat ; qui spem eius obtinendæ erigit, & ad eam , licet arduam, fortiter impellit; simò difficultas desiderium acuit , fortemque subdit aculeum.

Reprimet Desiderium(in dō & in Fugam traducet) qui ejus multiplex & varium incommodum , aut duram ex eo servitutem descripserit; qui in eius cohibitione positam esse vitæ felicitatem , & summam animi tranquillitatem ostenderit; qui inexplicable esse probaverit; qui ea, quibus Desperatio & Odium excitatur, adhibuerit.

§. IV.

§. IV.

G A U D I V M, seu L Ä T I T I A.

G A U D I V M est *mōtus animi*, seu *sensus boni p̄sēntis*,
quatenus p̄sēns est.

Concitat illud stylus ipse dicendi, si cultus sit & floridus, numerus suavis & mollis, oratio tota figurata, plena acutis sententijs, argumenta exquisita, nova, & ingeniosa. Item malæ fortunæ in bonam commutatio, recuperatio rei perditæ, propriæ cuti alienâ & minus felici fortunâ comparatio, insperatum bonum, rei aliquius novitas & insolentia, rerum lätarum ut pompa, ludorumve descriptio, locorum, floruim, gemmarum, vestium, odorumve amoenitas, virtutes & bona morum conscientia; ipsamet demum *Lætitiae* descriptio animos recreat.

Comprimit *Gaudium* rei, ob quam lätamur, vanitas; fortunæ variantis casus; mæror & tristitia, quæ voluptati & lætitiae adhærere solent; timor; maioris boni spes aut cupiditas; & ea omnia, quæ *Dolorem* excitant.

§. V.

T R I S T I T I A, seu **D O L O R**.

T R I S T I T I A est *sensus & opinio p̄sēntis mali*, quatenus est p̄sēns.

Exprimitur optimè per hypotyposes causarum doloris, per querelas & expostulationes. Commovet propinquorum miserijs, vinculis, morte, funeribus; bonorum amissione; calamitatis indignitate.

Lenitur innocentia afflicti, humanæ vitæ conditione laboribus inexpugnabiliter obnoxia, fortunæ inconstiuita, & quanimitatis exemplo ab illustribus viris petito; constantia gloriæ & laude; malorum p̄sēntiōne;

ne; animi æquabilitate; lacrymarum inutilitate; avo-
cando à molestiæ cogitatione; felicioris vitæ statu, re-
rumque gestarum commendatione: levatur & studijs,
fletu, dolorisque socijs.

§. VI.

SPES.

SPES est motus animi in bonum ab sensu arduum & diffi-
cile, sed tamen quod labore queri possit.

Spem excitat boni honestas & magnitudo, Opes &
pratidia, vires corporis, industria atque prudentia, ex-
perientia ducis alicuius fortis & sapientis, viæ faciles
ad rem obtinendam, rei ipsius facilitas, adversariorum
inbecillitas; experientia aliorum, ex quibus evales;
prosperè gesta, præmia proposita, vitæ innocentia, fa-
vor civinus: Iracundia etiam ad difficilia & ardua fusi-
pienda vires intendit.

Spem infringit inexpugnabilis rei difficultas, praesen-
tis nali sensus, malorum imago menti objecta, crebra-
rerum & fortunæ mutatio, dilatio sperata rei.

§. VII.

DESPERATIO.

DESPERATIO est agitudo sineulla rerum expectatione
meliorum, seu Boni cuiuspiam obtinendi, vel malide-
pellendi diffidentia.

Injetor, omnes fugiendi aditus eccluendo, adi-
piscendi vias obsepiendo, difficultates augendo, vim
superandi imminuendo; judicio quoque rei nunquam
alias sequutæ; ignaviæ; inveteratâ sœpiusque repetitâ
calamitate.

Desperationis remedia sunt, rei adipiscendæ facilita-
tem aperire; Dei pronam ad opitulandum quib[us] flider-

64 DE RHETORICA FACULTATE
voluntatem proponere; spem ipsam singulare subsi-
dium ad parandam salutem esse; hanc etiam ab infen-
so non desperandam; culpam elevare, sive minuere.

S. VIII.

M E T U S seu T I M O R .

ME T U S est agritudo & perturbatio gravior ex impen-
dientis mali opinione, quod aut interitum nobis au-
dolorem afferre possit.

M E T U M concitat periculi vicinitas & magnitudo, re-
rum nobis charissimarum jaætura, impendentium ma-
lorum signa atque portenta, impunis nocendi potestas,
virtus ac probitas ludibrio habita, Armata improbitas
ac præceps furor viribus elatus; accepta, aut illata in-
juria; æmulatio & honoris contentio, versuta dissimu-
lacio, patefactum scelus; mali præteriti, quod quis sub-
ierit expertus recordatio; præcox & anticipata mi-
seria.

Sedatur Timor confidentiâ, quæ apertâ vi illum im-
pugnat. Item non admittendo illum, qui nos ante mi-
serianis miseros facit; virum confirmingando, quem corro-
boramus, vel insirmando vires alienas, vel mali opinio-
nem elevando; melioris eventûs & fortunæ spe; futuri
mali præcognitione; opis & auxiliij divini promissione;
bonâ morum conscientiâ.

S. IX.

A U D A C I A , sive C O N F I D E N T I A .

AU D A C I A est rerum difficultum & impendentium opinio
& contemptus.

Concitat Audaciæ erctus animus, mali facies sœpius
visa aut meditata; extenuatio periculi; difficultas mediâ
ex parte superata; vincendi subsidia; divinus favor or-
tu-

aculis, alijsve signis præcognitus; rei, quam patimur, indig nitas, injuriæque atrocitas; aut pereundi, aut superrandæ difficultatis objecta necessitas; causæ æquitas; innocentia vitæ; spes victoriae; virtutis avitæ rec ordatio; spes mercedis; laus virtutis ac gloriæ; divina humanaque monita: nonnūquam & ex Desperatione nascitur.

Deprimitur periculis, virium imbecillitate cognitâ, temeritatis damno, fortunæ ludentis inconstantiâ, rerum omnium fragilitate.

§. X.

IRA.

IRA est ulciscendi sui cupidas ab animo dolente ex opinione contemptus nostri, nostrorumve profecta: cùjus patens, fomes, & habitus, Iracundia dicitur.

Iram incendit opinio contemptus & injuriæ, præsertim ex levi causâ, aut ab amico illatæ; inimici in adversis rebus nostris lætitia; personæ contemptæ dignitas & excellentia; auxiliij vel honoris spes frustrata; artis, in qua quis excellit, despectus; personæ despicientis abjecta sors & conditio; maledicta, contumeliaz, obtræctatio, fraus, mendaciu[n], ingratitudo, officij negatio, conatum oppositio.

Restinguit *Iram* personæ loquentis conditio, si sit puer, senex, mulier, aut quispiam Deo sacer; inimici potestas & cultus debitus; injuria prius à nobis illata; animi demissio non ficta; temporis leti opportunitas capta; defectus proprij recognitio; lædentis conditio excusata; mora; *Ira* fæditas; inimicum impotentia mentis fuisse abreptum; fortis esse animi *Iram* vincere; iræ nascenti resistendum, ne in perniciem nostram adolefcat.

§. XI.

MANSVETVDO , seu CLEMENTIA.

MANSVETVDO est depressio, atque sedatio ire.

Mansuetudinis incentiva sunt deposita con-
temptus suspicio; criminis confessio; humilitas & ani-
mi demissio; beneficiorum commemoratio; amoris sig-
nificatio blanda; adversarij poena, graviorque casus;
commendatio virtutis; metus; deprecatio; animi de se
triumphantis magnitudo; lenis severitas.

Dissuadetur adversarij immanitate, & pertinacia;
Reip. incommodis, ac periculis; æquaæ severitatis com-
mendatione.

§. XII.

MISERICORDIA.

MISERICORDIA est motus animi dolentis erga affi-
ctum malis, quibus se vel suos affici posse videt, qui
miseretur.

Concitatur florentis fortunæ mutatione in adver-
sam; senectute calamitosâ; morte & orbitate propin-
quorum; corporum vexationibus, morbis, verberibus,
inopia; exilio; circumstantijs personæ, ætatis, loci, tem-
poris, causæ, finis, modi; petitione modestâ, deprecatio-
ne, sermocinatione, signis doloris externis.

Evertitur ijs capitibus, quibus *Ira* inflammatur, aut
quibus excitatur *Invidia*. Reum calamitatibus illis dig-
num, miseratione indignum esse probando; æquitatem
& justitiam postulare, ut malis male eveniat; sceleris
poenis esse coercenda.

§. XIII.

INDIGNATIO.

INDIGNATIO est dolor perceptus ob res secundas alterius,
qui illa fortuna judicatur indignus.

Ceterar, cùm eorum vita anteactæ vilitas cum præsentis potentia comparatur; cùm per vim appetunt quæ non illis comperunt; cùm ambitiose prodigi abutantur in aleis, convivis, & comedationibus; cùm terum secundarum insolentia ostenditur; cùm inferiores cum superiore contendunt præsertim in eodem studio, honore, &c. cùm divitiae & honores præter meritum contigere; si vitijs laborent impietatis, infamiae, ebrietatis, ignaviae, imprudentiae.

Mitigatur, cùm docetur illos honoribus aut fortunis non esse indignos; ingeniosos ac nobiles, nunquam degenères animos habuisse; pridem illa bona possedisse, nec illis unquam abusos fuisse; non arrogantes, superbos, aut insolentes in meliore fortunâ se præbuuisse; virtutibus ornatos esse; res optimas præclarè gessisse.

§. XIV.

INVIDIA.

INVIDIA est dolor de prospera alicujus sorte, quæ suam putat minui dignitatem, qui invidet.

Concitabis invidiam, si doceas immerenti, vel citra laborem, aut nimis celeriter, aut turpi gratia, opes, honorem aut dignitatem contigisse; illum ob divitias & secundam fortunam insolescere, & præse alios arrogantiū contemnere; id muneris viro dignissimo dolo præripuisse; alienæ laudis æmulum esse, ambitiosum, multa molientem, aliorum gloriæ nocentem.

Sedabis, si ostendas nulli factam injuriam; illum fortunæ bonis & honoribus honestè atque moderate vti; si bonum minuas, cui invidetur; si merita ejus expendas qui dignitate potitur; si doceas, ingentis esse animi, aliorum virtuti aut felicitati non invidere; inò vel ipsâ improbitate invidiam esse deteriorem, cuius dampna regens.

S. XV.

ÆMVLATIO.

AEVULATIO est ardor consequendi boni, quo alium frui videmus, & nos cum dolore caremus.

Provocatur majorum virtutibus & egregijs facinoribus; illustrium Herorum gestis, quibus immortalitatem consequuti sunt; nominis decore, & ornamento; item si hanc illi mentem injicias, vt arbitretur se magnum esse, plurimum posse, debere laudem suscipere; si ostendas eos, quos æmulari debeat, bonis abundare laudabilibus; si dicas eum à parentibus, à populis, ab amicis, à civibus, à contribulibus, commilitonibus, collegis, invictari; laudem illam, licet non mediocrem, haud difficulter obtineri posse.

Sedarur, laudis (vtpote rei volaticæ & inanis) contemptu; personæ despiciētiā imitationi propositæ, quod nil il' habeat iragnâ commendatione dignum; immo quod detestandis sit moribus: res omnes externas despici oportere, &c.

S. XVI.

PUDOR, & VERECUNDIA.

PUDOR est dolor animi ex malis, que infamiam inferunt, proficiuntur.

Incutitur ex timiditate, lentitudine, negligentia, temeritate, imprudentia, ingratitudine, contemptu, levitate & inconstantia, in justitia, avaritia, animi imbecillitate, turpitudine, impitate, vili facinore vulgato, & ex ijs omnibus, quæ commissa infamiam merentur.

Pudor, cùm vitiosus est, dissuadebitur, commendatione & laude personæ; amplificando pudoris damna, quo animus abiicitur, ac vilescit, & ab aggrediendo res optimas avocatur; exponendo exempla mali pudoris, qui

qui in perniciē traxerit: res glorioſas audacter, libere, ac prudenter; non ſegniter eſſe fuſcipiendas: rebus in honoreſtis, ac vilibus animoſe reluctantum.

§. XVII.

GRATIA.

GRATIA eſt benignus animi motus, quo quis ſuſcurrit indigenti, ut ei benē ſit.

Excitatur personæ accipientis in opia & egeſtate; rei ipſius urgentis magnitudine & diſſiſtūtātē; temporiſ ad largiendum oportunitate arripiendā; personā largientis, ſi ſola ſit, ſi prima, ſi cum paucis: modo; ſi präter ſpem, ſi largē, ſi non rogauium beneficium fiat; loco, fine, &c.

Elevatur, ſi ſpe fœnoris ſit collatum beneficium. Corruſpitur, ſi certitudine datur. Minuitur, ſi non utile, ſed pernicioſum oſtenditur. Removetur, ſi non datur, ſed redditur. Despicitur, ſi res abjecta ſit ac vilis. Non datum putatur, ſi idem aut maius confeſſum ſit ini- micis.

Hanc de Affectibus doctriuam per ſumma tantum capita delibavimus, iuxta brevitatis leges, quas nobis präſtituimus. Qui prolixiorē amant explicationem, Divinæ adeans Palatium Eloquentiæ, enijs nos uestigijs inſtitimus atque or- diniſ.

§. XVIII.

MONITA QVÆDAM PRO APTA AFFECTUVM
irratiōne,

CAVEAT autem Orator i. qd ad excitandos affec- tūs accedat, niſi prius themate validis argu- mēntis roborato; ſideque facta: Voluntas enim nuna- quam feretur in incognitum.

2. Ne animos subito vehementius oppugnet, quam oporteat; sed sensim graffetur, ut concepta flama oportuno nutrita pabulo non facile evanescat.

3. Prius se illo accendat affectu, quo auditores ardere cupit: nam hic ignis, nisi a tali igne, nunquam concipitur.

4. Videat accurate quos causa, in qua versatur, Affectus requirat. *Genus* enim *Demonstrativum* vix est aliorum capax, quam moliorum, laetitiae, amoris, benevolentiae, &c. licet, cum reprehendis, odium & indignatio concitari possint. *Ad Deliberativum*, in Suassione, amor & odium, spes ac metus, pudor, audacia, & desperatio aptissima sunt: in Disputatione odium, metus, ac desperatio, cum exemplorum copia, plurimum valent. In *Judiciali*, accusans odium, pudorem, indignationem, iam incutiat: defendens, benevolentiam, emendationis spem, & miserationem conciliat.

5. Animos auditorum sagacissime odoretur, quid sentiant, quid existimat, quid velint, quo deduci possint.

6. Ipsorum mores prænoverit, educationem, ingenium, ætatem, officia. *Galli* (inquit Jac. Masenius) humanitate & morum comitate eminent; ingenio ut facili & excitato, ita mutabili, irrequieto, gloriae cupido. *Hispanorum* maior gravitas, consilium rectius, constans fides, honoris ambitio, quem si illis deferas, obtineas omnia; si neges, habeas in placabiles. *Germanis* ingenium tardius, sed labore ad suum non etiam emergens, candor & simplicitas morum conmendata, peregrinandi & linguarum gens avida; tam levis in aliorum habitu effingendo, quam constans suâ in fide: obsequio prompta; at servitutis impatiens. *Itali* parem cum ingenio jungunt industriam, omnis bellum comique artis capaces, tam faciles offensi, quam placatu difficiles: cum degenerant,

ex-

extremi in vitijs; cùm assurgunt, in virtutibus. Gallos &
Hispanos honore, Italoſ ac Germanos vtilitate facilius du-
xeris. Hæc ille.

CAP. VIII.

DE AMPLIFICATIONE, PER QVAM MOTVS
Animorum concitantur.

AMPLIFICATIONE est gravior quedam argumentatio,
quæ pressoribus argumentis, strictimque confertis, ho-
mines, iudices, auditores, iam rationum viribus ad assensum
precipitantes, vehementius impellit.

Ea vero & verborum genere conficitur (de qua in
Periodo tractabimus) & rerum genere. Ex ijsdem locis
sumitur, è quibus argumenta eruuntur ad faciendam
fidem, seu persuadendum: maximè autem à loco Defi-
nitionis, Consequentium, Contrariorum, Dissimilium, Pugnat-
ium, Causarum, & Effectuum: à Similitudine, ab Exemplo, à
sicutis denique personis, & mutis rebus.

Amplificatio à DEFINITIONIBVS CONGLOBATIS est
ea, in qua plures vnius rei Definitiones congeruntur; &
idcirco aliter Congeries, & Frequentatio appellatur. V.g.
Historia, testis est temporum, lux veritatis, via memoriae, ma-
gistra viræ, nuntia vetustatis. Cic.

A CONSEQUENTIVM FREQUENTATIONE fit, cùm
acervatim plura ex eadem re consequentia ponuntur.
V.g. Si bellum geritur; urbibus populatio, campis vagitas,
ruina templis, diviris omnibus & humanis extrema pernicies
inferetur.

A CONTRARIARVM RERVM OPPPOSITIONE, aut
CONFILCTIONE fit, cùm plura ex naturâ suâ contraria,
inter se per antitheses opponuntur. V.g. Quis ferat iner-
tissimos homines fortissimis insidiari? fultissimos prudentissi-
mis? ebrios sobrijs? dormientes vigilantibus? Cic.

A DISSIMILIVM, & PUGNANTIVM inter se rerum
E 4 col-

DE RHETORICA FACULTATE
 colludatione: fit cùm aliquem in multis sibi contradicere ostenditur. V. g. Hac in re mihi ridiculè es visus esse inconstans, qui eumdem & ledes & laudares: & virū optimū, & hominem improbisimum esse dices. Eudem tu & honoris causa appellabas, & virū primarium esse dicebas, & socium tamen fraudasse arguebas.

A CAUSIS, & EFFECTIS CONGLOBATIS: fit, cùm multæ siu ul vnius rei Causæ, & multa Effecta conglobantur. V. g. Quereris multis modis vexatam esse provinciam; sed ad causas calamitatis attende. Vigebat in ea ambitio, luxuria dominabatur, segnes erant magistratus, populus ipse molli otiosaque securitate defluebat: expecta igitur damna longè graviora, exhausti nunt pecunie, jacebit spreta religio, cedes impunè volitabunt.

A SIMILITUDINE, & EXEMPLIS: fit, cùm multa Similia, & Exempla congeruntur. V. g. Vide fortissimum illum Herodem, tot hostium corpora circa se sternentem; Leonem putā, imbecillia animalia territatem; cogita Taurum, armatum imbellē fugantem; animo bellatorē Equum concipe, in tela & enses intrepidè insilientem. Sic Alexander olim Macco, sic Julius Caesarum princeps, sic noster ille Carolus Quinius, sic ceteri denique non vulgaris mæze Duces, palmas & lauros, media in acie campoque messuunt.

A FICTIS PERSONIS, & MVTIS RÈVS: fit, cùm illis Termonem damus. V. g. Patria tua tecum, Catilina, sic agit, & quodammodo tacita loquitur. Nullum iam tot annos facinus extitit, nisi per te; nullum flagitium sine te: tibi unius multorum civium vexatio impunita fuit. Superiora illa, quamquam ferenda non fuerunt, tamen, ut potui, tulii: nunc vero me totam esse in metu propter te unum, non est ferendum. Quare discede, atque hunc mihi timorem eripe: si verus, ne opprimar; si falsus, ut tandem aliquando timere desinam. Cic.

Ad-

¶ Adhibenda sunt ad AMPLIFICATIONES, quæ magna putantur; quorum duplex est genus. Alia enim sunt magna natura. V. g. *Divina, Cœlestia, & ea que habent causas occultas, & que in terris sunt admirabilia.* Alia sunt magna usu. V. g. *Ea, quæ hominibus vel maximè prodest, vel maximè obesse videntur.* Homines autem mouentur. 1. *Charitate erga Deum, Parentes, & Patriam.* 2. *Amore erga Liberos, Coniugem, Fratres.* 3. *Honestate Virtutis, Justitiae, Liberalitatis, &c.*

¶ In Exhortationis Amplificatione ij loci tractandi sunt, qui movere possint expectationem, admirationem, & voluptatem. In Exhortationibus; plurimum valent exempla, bonorumque ac malorum enumerationes. In Judicijs accusator adducet quæ ad iracundiam pertinent: reus quæ ad miserationem.

CAP. IX.

VARIA LOCORVM COMMUNIVM EX CICERO.

Supplex, ad uberiora Amplificationum exempla, notatis numeris. [ex P. Nicol.

Causino.

A

A Dolecentum voluptates, pro Cœl. num. 39.
Ambitio 2. Agr. 97. 98.

Ambitio, candidatorum, Mur. 76. 77. Planc. 12. eius periculum, Mur. 74. 75. Milo. 45.

Agriculturæ voluptas, de Senectute 51. 52. 53.

Animæ immortalitas; de Senectute 77. 78.

79.

Avaritia fugienda 3. Offic. 75. 76. 77. 15. 35. Violat omnia, pro Quint. 26. 53. 38. Manil. 37. 65. Flacc. 72. 73.

Ha-

Amititia II. Ant. 38.

Amor in aliquem. III. Catil. & pro Domo 27. 28. Plac.
22. 27. 29. 80. 81. Mil. 70. 101. Deiot. 39.Audacia, Amer. 95. Cætin. 2. I. Ant. 90. I. Catilin.
2. 3. 4. pro Domo 115. 116. 117. 140. 141. Harusp. 4.
Sext. 1. 2.Adversa fortuna suas habet utilitates. Post redi-
tum 2. 3. 4. 5. 6. pro Domo 86. 87. Piso 41. 42. 31. 32.
33. 34. 44.

Austeritas nimia. Mur. 74.

Authoritas spectabilis. Manil. 43. 44. 45. Syll. 80. ex
Mil. 12.

B

Bellus immanitate superare. Amer. 63.

Bonorum insectationes. Sext. 1. 2.

Beneficij accepti prædicatio, Post redditum ad Quiriu-
m 56. &c. Post redditum in Senat. 2. 3. Harusp. 16. Planc. 2. 4.
Mil. 101. 102. Posth. 47. Marcel. 3. 35.

C

Causæ malorum omnium. 2. Ant. 53. 54. 55. 71. 72.

Calamitas hominis. Amer. in tota peroratione. Item exo-
dium totum pro Flacco, & peroratio. Exordium pro Sylla. Et
peroratio pro Domo 44. Sext. 7. 121. 122. 128. 145. Mil. 35.
Posth. 45. 46.

Cædes. Sext. 76. 77. 78. 79.

ad Constantiam cohortatio. Manil. 69.

Constantiae. Syll. 33. Post redditum ad Quir. 19. Pro dor-
mo. 4. Sext. 60. Provincijs. 41. Mil. 62. 63. 65. 93. 96. 102.
Deiot. 36. 37.

Concordia. Harusp. 60. 61. 63. Lig. 33.

COP.

- Consolatio. 14. Philipp. 34.
 Corruptela temporum. 2. Cat. 10.
 Conscientiae vis. 3. Cat. 11. Post redditum in Senat. 36.
 Pro domo. 140. 141. Piso.
 Continentiae, & gravitatis laus, Ex ijs, que pro Cælio.
 nū m. 39. 46. 47. Milon. 62. 63. 2. Ant. 68.
 Crimen magnum. Font. 10. Cluent. 25. 29. Piso, 94.
 Criminum frequentatio. act. 1. in Verrem, initio, & ultima in Verr. sub fine.
 Crudelitas. 14. Philip. 8. 9. & 10. pro Roscio Amer. 63.
 Cluent. 177. 188. 199. Rab. 12. 13. &c. 3. Cat. 24. 25. Flacc. 73. Syl. 76. Pro domo. 43. 63. 64. Harusp. 35. Sext. 32. 30.
 22. 135. Vatin. 23. & ultima in Verrem, maximè in supplicio Gavij Consani. Piso 17. 18. 83. 84. 85. Lig. 11. 12. 13.
 14. II. Ant. 63. III. Ant. 4. XI. Philip. 1. 2. 3. 5. 6. 7. 8. 9.
 egregie XIII. Philip. 18. 21. 22. Amer. 63.
 Conflictus virtutum, & vitiorum. II. Cat. 15.
 Clementiae laus. Marc. 1. 9. 17. 18. 19. Lig. 15. 16. 29.
 30. 38. 39. Deiot. 33. 34. 40.

D

Dives. Rab. 3. 4.

Decretum iniquum. Flacc. 15.

Degener. Sext. 110. Rab. 2.

Decoctor. Flacc. 90. 91. Sext. 110.

Damnatio iniqua. Pro domo. 46. 58. 59. 60. 95.

Divina vltio. Amer. 131. Pro domo. 140. 141. Harusp. 37. 38. 39. Pif. 85. Mil. 86.

Discordia tollenda. Harusp. 54. 55. 60. 61. Sext. 104. 108. 109. XIII. Philip. 17. 18.

Dolor II. Cat. 20. III. Catil. 2. pro Domine. 97. 98. Harusp. 43. Plant. 34. Sext. 3. 4. 14. 27. 32. 63. 64. 88. 121. 122. Cælio 60. Mil. 16. 18. 201. 100.

Dignitas maior durioribus legibus obstringitur.

Cluent.

DE RHETORICA FAEVLTATIB.
Cluent. 150. *Flacc.* 87. *vbi locus preclarus de mole stijs, &*
periculis eorum, qui præsunt.

Diligentia in studio. *Planc.* 66. *Cælio.* 45. 46. 74.

E

Errori, & temeritati sumus omnes obnoxij. *Pofh.* 21.
 23. 24. 25. 26.

Eloquentiæ fructus. *Muren.* 24. Vis eius, &c. de *Orazi.*
num. 30. 31. 32. 33. *Harusp.* 41. *Sext.* 107. 108. 109.
Balto. 3.

Exempla virtutis multum movent. *Arch.* 14.

F

Fama celebris. *Pro lege Manil.* 43. 44. III. *Catil.* 26. 51.
 24. *Cælio* 6. *Mil.* 98. 99.

Fama, & existimatio læsa. *Pro Quint.*

Fama non bona. *Cluent.* 4. *Piso.* 47.

Falsum crimen. *Cluent.* 9. 164. 166. *Gre.* *Flacc.* 11. 12.
 19. 96. *Syl.* 74. 75. *Planc.* 30. 56. 57. *Cælo.* 15. 23. 53. 56.
 57. 66. *Deiot.* 8. 15. 16. 19.

Fraudulentus *Quint.* 12. 13. 15. 19. 22. 26. 29. 36.
Amer. 116. 117. *Cæcinn.* 14. 15. 19. *Cluent.* 70. 71. 72. II.
Agrar. 20. *Flacc.* 46. 47. 48. *Pof reditum in Senat.* 12. *Sext.*
 19. *Ex 22.*

Fortunis spoliatus. *Amerini peroratio.* *Pro domo*
 106. 111. 114.

Fœminæ laus *Amerin.* 147.

Furor. *Harusp.* 39. *Piso.* 47. 50. *Mil.* 99. VI. *Ant.* 45. 6. 7.

Frugalitas. *Deiot.* 26. 27.

G

de Gloria, & de modis comparandi, *locus communis*
prolixus II. *Offic.* 43. *vsque ad* 52.

in Gloria recipienda laborandum. *Manil.* 6. *Exor.*

Gloriæ amor. *Arch.* 26. *vsque ad* 30. *Sext.* 143. *Cæl.* 76.
Provinc. 38. *Piso* 56. 57. 58. 59. 62. *Mil.* 98. 99. *Marcel.* 28.

26.30.31.I. Ant.29.30.II. Ant.32.33.114.115.

Græcorum mores, & corum in testimonijs levitas.

Pro Flacco.9.10.11.12.13.

Gratiarum actio II. Agra 1.III.Catil. 26. Post redditum
ad Quirit. 5.6. & 53.27. Egr. gie post redditum in Senat. 2.3.
22.29.35.38. Planc. 2.3.58. 72.77.78.79.80. 87. Balbo
I. Marcel. 10.35. III. Ant.3.4.

Gratia, aut potentia invidiosa. Amerin. 122.

Gratus omnibus. Arch. 5.6. Vatin. 7.8.

in Gratiam redire cum inimico. Posth. 32.33.19;

H

Helluo. Piso. 13.22.41.II. Ant. 66.67.104.105.

Homo frugi. Quint. 59.93.

Honestus, & locuples. Amer. 15.

Honores post mortem decernendi. IX. Philip.
ferè tota.

Honor digno collatus. Exordium II. Agrar. Planè. 50.

Sext. 6.

Humaniorum literarum fructus, Archi. 12.

Humanitas. Amer. 41.42.

Humanarum rerum inconstans, & pericula. Flac.
87. Syl. 91. Pro domo. 146. Mil. 70. V. Ant. 26:

I

Ignominiam subire, & suis bonis spoliari summum
malum. Quint. 49.95. Piso 47.48.I. Ant. 32.

Impietas, Font. 20.21. Bro domo 104. Vat. 14. II. Ant. 56.

Imperatoris virtutes quæ? Manil. 28.29.&c.

Iniuriam vlcisci, Syl. 46.47.

Iniuria, damnumque, Quint. 34.47.52.53.71.74.
95. Amer. 49. Pro domo 106. &c. III. Sext. 29.54.93. D^e
provinc. 5.10.71.

Improbis viris mores, aut avati. Quint. 55.56. Pro
Clement. 930.

Innocentia alicuius. *Font.* 27. *Exord.* *Flacc.* 7. *Syll.*
 77. 78. 79. 84. 85. *Cælio* 55. *Balbo* 13. *Posth.* 6. 10. 11.
Deiot. 20.

Immortalitatis spe omnes laboramus; *Rabir.* 26.
Sext. 47. 48. *Marc.* 11. 28. 29. II. *Ant.* 114. XIII. *Phi-*
lip. 32. 33.

Iram deponere. *Deiot.* 8. 9. II. *Ant.* 84. 36. 76.
 Iratus levi de causa. *Vat.* 4. I. *Ant.* 26. 27.
 Judicium officium. *Cluent.* 159. *Mur.* 41. *Posth.* 11. 11.
 Judicis quanta prudentia esse debeat, *Font.* 15. *Flacc.*
 95. *Piso* 94. *Post.* 11. 12.

de Jure, & Jurisconsult. *pro Cæcina* 66. 67.
 Juris civilis quanta sit æquitas, & quam diligentem
 sit obtemperandum, eiusque fructus. *Sext.* 90. 91. 92.
IX. Philip. 7. 11.

Jurisprudentiae laus. I. *de Orat.* 199.
 Juriſperitorum labores. *Mure.* 19.
 Justitiae necessitas, *præclarus locus communis* 11. *Offic.* 1.
 v. 39. 40.

L

Laus egregia viri boni, & prudentia. *Cæcina.* 77. 78.
Manil. 3. *Cluent.* 107. 133. *Cæl.* 59.

Legum utilitas, & authoritas. *Cluent.* 146. Earum
 eversio. *Piso* 9. 10. *Marcel.* 24. 25. *Deiot.* 32.

Libertas. *Planc.* 47. *Balbo* 31. *Posth.* 3. 4. *Et 2. offic.* 51.
 53. 54. *præclarè in peroratione.*

Libertas in agendo cum laude. *Planc.* 93. 94.
 Libertatis ius. *Balbo.* 31.

Licentia nimia in Republica nocet. *Flacc.* 16. 17.
 Laborandum tendenti ad ardua. 59. *Sext.* 102. 136.
 177. 138. &c. *Cælius.* 45. 46. 74.

Literarum studia. *Arch.* & *Tuscul.* V. 6. 7.
 Luxuria. *Amer.* 73. II. *Cætilian.* 7. 10. 32. *Post reditum* 51.

Senat. 10. 12. 13. 14. Harusp. 59. Sext. 20. Cœl. 47. 48. 57.
 69. Piso 25. 66. 67. II. Ant. 44. 47.
 Luxus, sumptusque. Amer. 134. 135. II. Catil. 10. 22.
 25. Post redditum in Senat. 15. Harusp. 44. Sext. 18. Cœl. 57.
 67. Piso 13. 22. 25. 48. II. Ant. 15. 104. 105.
 Ludi. Pro Mur. 39. 40.

M

Mala bonis permixta. V. de Finibus. num. 91.
 Malitia. Quint. 48. II. Agr. 28.
 Magnas res gerere. 2. Catil. 28.
 Mater in filium impia. Client. 12.
 Mansuetudo. Mur. 6. Syl. 8. 86. 87.
 Mansuetudo Romana in cives. Rabir. 10. &c. 16.
 Militaris gloria quanta sit. Mur. 22. 24. 30.
 Maledicus. Mur. 13. Flacc. 12. Syl. 46. 47. Pro domo 3.
 Plane. 30. 56. 57. Sest. 110. Cœlio. 6. 30. Balb. 56. 57. 58.
 Piso. 31. 32.
 Magistratus boni partes, pro Syl. 25. 26.
 Mors immatura. Cœcinn. 12.
 Mutari in deterius, I. Ant. 33. 34.
 Modestia. Cœcinn. 103.
 Maiorum laus, & religio, Harusp. 18. 19.
 Memoria conservat beneficium. III. Catil. 26. Post re-
 ditum ad Quir. 1.

Mors non est timenda. 4 Catilin. 7. 8. Sext. 47. 48. II.
 Ant. 37. 118. 119. III. Ant. 13. VII. Ant. 6. 7. I. Tuscul.
 Mors pro Patria, vel Religione, quam gloriofa. XIII.
 Philip. 31. 32.

Mortis contemptus. Tuscul. 1. per totum.

Mundi pulchritudo. II. de nat. Deorum 95. &c. con-
 seq.

N

Nobilitatis quæ debeant esse studia. Ameri. 14.

Ex virtute laus eius, *Mur.* 16. 17. *Piso.* 2.

Nobiles in bono, vel malo excedunt. *Quinct.* 31.

Nobilitatis splendor, & gloria. *Sext.* 21.

Nova res, & insolita. *Vat.* 31. 32. 35.

O

Odio esse omnibus. *Piso.* 45. 46. 64. 65. 93. 66. 98. 99.

Oppresso opitulari. *Amer.* 27.

Odium in bonos. *Vat.* 24. 25. *Balbo.* 66. *Piso.* 16. 20.
21. 26. 31. 32. *Mil.* 3. 52. 53. X. *Philip.* 4. 5. 6. 7.

Odium alicuius. 2. *Catilin.* 12. *Syl.* 83. Post redditum ad
Quir. 23. Pro domo 60. 61. 62. *Vat.* 1. 9.

Officium conferre maximè in eos, quibus debet
laus. *Arch.* 1. 2.

Optimates, aut populares qui, *Sext.* 96. 97. &c.

Orator vehemens, & remissus. III. de Orat. 28.

Oratoris laus, & eloquentiæ iucunditas. II. de Orat.
num. 34. & 188.

Otium. II. *Agr.* & 188:

P

Parricidium. *Rosc.* num. 62.

Patientia. II. *Agr.* 45. X. *Philip.* 7. XI. *Philip.* 7.

Pax. I. *Agrar.* 23. II. *Agr.* 9. 101. 102. *Provincijs* 30. 31.

Marcel. 14. 15. II. *Ant.* 113. XIII. *Ant.* 1.

Philosophiæ laus. V. *Tuscul.* sect. 5.

Præmium virtuti decernendum, *Balbo* 22. 23. 24.
&c. 51. 65. 66. *Provinc.* 58. *Milon.* 59.

Pœna parricidiij. *Amer.* 70. Exord.

Populus facile excitatus, *Ciuent.* 13. Eius inconstan-
tia. *Mur.* 35. 36. 33. *Flacc.* 87. *Planc.* 7. 10. 11. 15. *Sext.*
115. 116.

Potentia invidiosa. II. *Agr.* 23. *Piso* 35.

Patriæ columen, & servator. *Marc.* 32. 24. 26. 33.
II. *Ant.* 113. V. *Ant.* 37. 38. 39. 42. 43. 44. 49. 50.

51. VII. Ant. 6. 7. X. Philip. 11. 12. 13. XIII. Philip. 12.

13. 14.

Præteritio egregia. *Quinct.* 13. *Amer.* 13. *Manil.* 25.
37. *Cluent.* 41. *III.* *Agra.* 4. *Rabir.* 17. *I.* *Catilin.* 14. *Pro domo.*
122. *Planc.* 59. *Sext.* 13. 108. *Cœl.* 54.

Perfidia. *Amerin.* 109. 110. &c. *Egregiè Flacc.* 9. 10.
11. 12. &c. *Sext.* 46. *D ist.* 30. *XI.* *Philip.* 8.

Pietas res ornat, *Harusp.* 12. 20.

Perficere oportet inchoata, *Provinc.* 34. *VII.* *Ant.* 9.

Prudentia. *XIII.* *Philip.* 6. 7.

Q

Querimonia. *Amerin.* 9. 12. 29. 30. *Exordium pro Flac.*

133. *Sext.* 64. 93. 45. *Egregiè Cat.* 59. *Mil.* 35. 103. 104

Queri sine causa. *Flacc.* 5. 7.

R

Rapacitas. *Quinct.* 38. 39. 42. *Cluent.* 67. 68. *Harusp.*

39. *Mil.* 79. 76. 77. *II.* *Ant.* 62. 66. 67. 68. 97. *III.* *Ant.* 9.

10. *V.* *Ant.* 32. 33. *VIII.* *Ant.* 9. 10.

Religionis studium. *Harusp.* 18.

Resistere improbitati aliorum. *Cætin.* 2. *Harusp.* 6. 7.

Retorquere in aliquæ crimen. *Ame.* 79. *Cætin.* 3. *Ha-*
rusp. 6. 7. 17.

Rusticæ viræ innocentia. *Amer.* 75.

Repulsa. *Mur.* 48. *Sext.* 25. 26. 27.

Ridicula res. *Harusp.* 8.

Resipiscunt nonnunquam homines. *Cal.* 28. 42. 43.

77. *XII.* *Ant.* 5. 7.

Rebellis. VI. *Ant.* 4. 5. 6. 7. 8. 9.

S

Sceleratus. *Cluent.* 39. 41. 44. 48. 87. 99. *I.* *Catil.* 12.

13. 17. 25. *II.* *Catil.* 7. 8. *Mur.* 49. 50. 82. *Syll.* 70. 71. 76.

Post redditum in Senat. 10. *Pro domo.* 23. 26. *Harusp.* 39. 42.

55. 57. 58. *Sext.* 16. 17. & 29. *Vat.* 18. 19. 20. 22. *Procl.* 3.

Seditio. I. *Agr.* 23. 26. *II.* *Agr.* 3. 10. 13. *III.* *Agr.* 16. 1.

Cat. 12. 18. F Sp.

Seditiosi. III. *Catil.* 4. *Mur.* 50. *Pro domo.* 13. 24. 54. &c.
89. 110. *Piso* 9. 15. 20. 21. 26.

Sacrilegus *Pro domo.* 109. & templorum eversor, *ibi.*
dem 140. 141. *Harusp.* 28. 32. 33. 37. 38. 57. *Milo.* 91. 92.

Simulatus, & versipellis. *Catil.* 1. 2. *Piso.* 12. I. *Ant.* 20.

II. *Ant.* 89. *Exord.*

Stoicorum instituta. *Mur.* 61. 62. 63. 74.

Spectaculum triste. *Pro domo.* 100. *Flacc.* 99. *Mil.* 104.

II. *Ant.* 64. X. *Philip.* 8.

Supellex lautissima. *Amer.* 1. 3.

Superbus. *Amer.* 135. *Cluent.* 105. 111. 112. XIII.

***Ant.* 4.**

Stupidus. *Pro domo.* 105.

T

Temperantia. *Manil.* 40. & *lib.* 1. *de Offic.* 101.

Tempori, & hominibus servire. *Cluent.* 139. *Plant.*
93. 94. 95. *Cael.* 12. *Balb.* 61. *Posth.* 26. 27. 29.

Temporis angustiae. *Rabir.* 6. 9.

Timor ex magnitudine periculi. *Quinct.* 6. *Orator.*
77. *Cluent.* 51. *Egregiè Sext.* 12. *Mil.* 1. *Deiot.* 1. &c.

Timor consequitur scelus. *Amerin.* 65. &c. *Cluent.* 54.
Pro domo 140. 141. *Harusp.* 39.

Timendus aliquis, III. *Catil.* 16. 17. *Pro domo*, 68.
137. *Cael.* 22.

Testes multi innocentiae. *Font.* 4. 5. 6. 7. &c. 34. 35.
Cluent. 195. &c. *Rabir.* 8. *Flacc.* 100. 101. *Sext.* 9. 10.

V

Varietas rerum, & dissimilitudo. III. *de Orat.* 28.

Verba non tam spectanda, quam consilium eorum,
 qui scripsierunt, 49. &c. *Egregiè* 81. &c.

Veritas tandem innotevit. *Cluent.* 55. 63.

Vbetes agri. I. *Agr.* 21. II. *Agr.* 66. 79. 80.

Urbs nobilis. II. *Agr.* 40.

VI

- Viri boni, & mali. *Pro domo* 130. 131. *Piso*. 41.
 Virtus solum bonum. V. *Tuscul.* 44. & per se omnia.
 Vita ducum laude digna. *Planc.* 27. 29.
 Vita civilis. II. *Offic.* 22. 23. 13. 14. 15. &c. Beata. Ac-
 dem: 23.
 Voluptatis affeclæ. *Sext.* 22. 23. *Cœl.* 75.
 Voluptatis adiuncta. II. *de fin.* 23. *Piso*. 69.
 Voluptas honesta. III. *de Orat.* 176.
 Voluptates refugientes 39. 41. 42. 45. 46.
 Voluptates senum, honestæ; *de Senect.* 45. 46. 47.
 Voluptatibus maximis finitimum fastidium. III. *de
 Orat.* 96. *opt. induct.*
 Vis, *Quint.* 47. 82. *Amerin.* 99. *Cecin.* 33. 42. 45. 47.
 48. *Cluent.* 96. *Flacc.* 97. *Pro domo*, 53. 54. 55. *Harusp.* 33.
Sext. 79. 80. 85.
 Vi agere non est prudentis; *Cæcinn.* 1. *Sext.* 60. *Piso*
 42. 43. *Mur.* 7. 19. *Deiot.* 36. 37. 38.
 Vlcisci nolle, post redditum in *Sen.* 21. *Sext.* 83. *Provinc.*
 2. *X. Philip.* 7.
 Victoria sui ipsius, quam gloriofa. *Pro Marcell.* 8. 9.
 In *Verrinis* plena sunt omnia accuratissimis amplifica-
 tionibus, que stylum adolescentum mirificè possunt acuere. Ta-
 les sunt Rei facinorosissimi. Lib. 1. in *Ver.* n. 10. usque ad
 15. De Appolline Deliaco spoliato, num. 47. *ibid.* de
 spoliatione Pupilli num. 93. lib. 2. n. 134. Timarchides,
 num. 12. Apronij narratio de Lollo. *ibi.* n. 61. lib. 5. Spo-
 liatio Haluntinorum, num. 51. Furtum trullæ Antiochiae
 Regis filijs erectæ, num. 61. *ibid.* De Candelabro, *ibid.*
 64. Diana Segestana, *ibid.* 74. De Sopatro. *ibid.* 84. De
 Sceptro Herculis, 93. De suplicijs multa graphicæ, & le-
 gtu dignissima.

CAP. X.
DE INVENTIONE GENERIS EXORNATIVI.

§. I.

DEI OPT. MAX. ATQVE VIRTUTIS LAVS.

Deis Opt. Max. laudari debet. 1. A natura ipsa divina, per negationes vel affirmations descripta. 2. A varijs ipsius nominibus. 3. Ab attributis Bonitatis, Justitiæ, Immelitatis, &c. 4. Ab effectu multitudine, varietate, magnitudine, pulchritudine, quæ continentur in mundi fabrica, conservatione, gubernatione, reparatione, &c. 5. A templis, sacrificijs, solemnitatibus, supplicationibus, miraculis, prodigijs, &c.

VIRTUS quæpiam commendari potest

1. *Ab eius Honestate, & Excellentia.* Exponendo, scilicet, nihil esse naturæ magis congruum, nihil rationi convenientius, ac Deo gratius, hominibusque magis venerandum, & admirabile, &c.

2. *Ab eiusd.m Necessitate.* Usque adeo omni tempore & loco necessariam esse, ut eius expertes prohibendi sint regni cœlestis aditu.

3. *Ab Effectibus.* Recensendo quos ea Virtus parit, ut Castitas incorruptionem, homines Angelis simillimos, &c.

4. *A Comparatione.* Conferendo illam cum virtutibus reliquis: vel exponendo hac vna multis alias contineri virtutes, à quibus ea se iungi non possit.

5. *A Contraria Vitio.* Eius foeditatem, dedecus, turpitudinem, indignitatem, gravitatem nullis verbis sat explicari, nullo satis expiari pœnarum genere.

6. *A Causis, Finali, Efficiente, Materiali.* Eam respicere finem honestissimum; nempe, &c. A Deo summa bona

bono procedere. In rebus utilissimis, amplissimisque versari: nimirum, &c.

7. *A Similitudine.* Accersendo eam à rebus, quæ in creatis sint præclarissimæ, vt puta à Sole, Stellis, Floribus, Gemmis, &c.

8. *A Testimonia Veterum.* Adduces effata, sive sententias Sapientum, quæ rem non leviter confirmant.

9. *Ab Emblemmatis.* Ea proferes, quæ expressius rem adumbrent, vel potius significant.

10. *Ab Exemplis.* Historias selectiores adjicies, sive virorum qui illam enixè coluerūt, sive quibus probetur, quām ea exquisitis etiam in hac vita præmijs, quantisque honorum prærogativis ornata fuerit vel apud Etnicos.

11. *Ab Iconismo.* Eius imaginem ingenij penicillo depinges, atque etiam velut animabis, ipsique sermonē affingere poteris; ijsque instruere Adiunctis, quæ veris solum personis convenire solent; cuiusmodi sunt Parentes, Patria, Nobilitas, Pulchritudo, Divitiae, &c.

VITIUM à contrario sensu vituperabis. Tenebis videlicet eudem ordinem; contraria tamen afferendo ijs, quæ de *Virtute* dicta sunt.

S. II.

LAVS PERSONÆ GENERATIM.

PERSONA laudatur à tripli bonorum genere, videlicet à Fortunæ, Corporis, & Animi bonis.

FORTVNÆ BONA appellantur. 1. *Nobilitas:* Expéde, an Persona suam sibi nobilitatem pepererit, an à Majoribus, qualisque, & quantam acceperit, an suis rebus gestis æqualē se, clariorēmve præstiterit. 2. *Divitiae:* An pauper, an locuples sit, quomodo opibus vtatur, quibus-ve in rebus. 3. *Honores.* Cōsidera eius munus, officiū,

Imperium, dominatum; an ab æquo distributore suscep-
perit; an per merita ascenderit; an penè coactus admi-
serit; an se moderatum in honore gerendo, humanum,
minimèque superbum gesserit; an cum laude honoribus
illis sit perfundens; an illos per hunc ilitatem respuerit.

CORPORIS BONA censemur. 1. *Sanitas*: An ea na-
scatur ex vitæ tenperantia, voluptatum moderatione,
continentia in victu; an exerceat in equitatione, vena-
tione, aucupio, militia, peregrinationibus; studijs, &c.
2. *Rober*: An honestis in rebus utatur viribus, quæ cum
animi fortitudine copulentur. 3. *Tulchristudo*: An cum
pudicitia, modestia, fortitudine coniungat; anne corpo-
ris deformitatem bonis operibus honestet.

ANIMI BONA sunt. 1. *Virtus*: Vide quam ad bonum
proclivis sit eius voluntas, quibus virtutibus ornatur,
qua prudentia, liberalitate, patientia, verecundia, tem-
perantia, &c. 2. *Scientia*: Hic examinabis ingenij matu-
ritatem, pondus, agilitatem, menoriæ facilitatem in
ediscendo, tenacitatem in conservando: quibus Arti-
bus & Scientijs, & quo profectu, studuerit; ut se litera-
rum cognitione supra alios insolenter non effera; vt
eas ad probos usus conferat; quæ volumina & qualia in
lucem ediderit, &c.

¶ Alij aliter Personæ laudationem instituunt:
nempe

1. *A TEMPORE ANTE VITAM*. Id est, *A patria*,
si eximia sit: *A parentibus*, si eorum virtuti responderit:
A maioribus, si splendidum genus factis nobilitaverit:
Ab oraculis, responsis, signis, portentis, quæ futuram
eius claritatem indicarunt.

2. *A TEMPORE VITÆ*. Id est, *A Bonis externis*
educatione, opibus, potentia, propinquis, gratia, &c. *A Bonis corporis*, pulchritudine, viribus, valetudine, phy-
siog.

siognomia, &c. *A Bonis animi*, Virtutibus *actionis*, seu Religione in bonum, pietate in parentes, iustitiâ in omnes, lenitate, amicitia, temperantia, verecundia, &c: Virtutibus *cognitionis*, seu prudentia, sapientia, dialectica, eloquentia, cæterisque scientijs, & artibus quibuscumque.

3. *A TEMPORE POST VITAM*. Id est à mortis genere, ab honoribus illi habitis, à decretis eius virtuti præmijs, à communi sapientiâ populi que comprobatione, qua illius defuncti gesta prædicantur, à filiorum institutione, à literarum monumentis, quæ post se reliquerit, &c.

S. III.

LAWS PERSONÆ PER ÆTATIS & DIGNITATIS
discrimina.

PVER laudari potest

1. *A genere paterno, & materno, virtutumque similitudine, aut imitatione.*

2. *A forme elegantia, gratia, dignitate, venustate, vt puta, oculorum hilaritate, capillorum crisitudine & colore; cutis suavitate, risus festivitate, &c.*

3. *Ab ingenij solertia, & mira docilitate in arripiendis optimarū artium elementis, seu in acutè dictis.*

4. *A morum festivitate, leporibus, veneribus, ingenuitate.*

5. *A virtutibus eius ætatulæ proprijs, vt pudore, morum innocentia, puerilium ludorum contemptus: itemque à gravioribus (si eas imitabitur, & exprimer) vt prudentia, gravitate, &c.*

Ab spe rerum maximarum, quæ ab eius natura, inge-
nio, moribusque concipitur, &c.

ADOLESCENS laudatur

1. *A virtutibus animi huic ætati congruentibus, vt*

Dei timore, observantia in parentes, morum urbanitate, magnanimitate ad res asperas.

2. *Ab ingenij viribus*, queis artes firmè & facile percipit, scientiasque capit.

3. *A corporis dotibus*, virium robore, oris decore & dignitate, ab agilitate, &c.

4. *A fuga vitiorum*, quibus adolescentes obnoxij esse solent; si careat nempe animi levitate, iracundia fervore, tumore arrogantiæ, temeritate præcipitijs, inflammata cupiditate, &c.

VIR maximè commendatur à virtutum magna-
rum cultu, & cupiditatum fræno, de quibus nuper.

SENX laudatur quām maximè, cūm ostenditur.
Animi constans in virium debilitate, morbis & incom-
modis senectutis. 2. Pius, & Religiosus. 3. Prudens, &
iudicio matus in consilio dando. 4. Virtutum choro
absolutissimè perfectus, meritisque cumulatus. 5. Ase-
nectutis vitijs longè remotus, &c.

VIR PRINCEPS celebrandus est. 1. Pius in Deum,
liberalis in subditos, in reos clemens, in omnes perhu-
manus. 2. In Rep. administranda sollicitus, iustus in
protegendis innocentibus, coercendisque improbis. 3.
In domandis hostibus strenuus, in frænandis cupidita-
tibus fortis, in largitionibus magnificus, &c.

FOEMINA PRINCEPS laudatur. 1. A generis clari-
tate. 2. A sancta piaque educatione. 3. A proliis fœ-
cunditate, optimaque liberorum institutione. 4. Ab
observantia erga maritum. 5. Ab animi moderatione,
pudore, morum integritate, liberalitate, miseratione in
egenos, æquabilitate in rebus prosperis, constantia in
adversis, Religionis propagandæ studio, &c. 6. A virtu-
tibus virorū proprijs, prudentia, robore, militia, sci-
entiarū cultu, artiū notitia, si istorū in aliquo præcellue-
xit.

LAWS ANIMALIS.

ANIMAL cùm laudandum fuerit, horum, quæ sequuntur, oportuniora considerari possunt. Nimirum: Nominis Etymologia, Synonyma, Epitheta, Genus, Forma, Descriptio; Natura, mores, ingenium, libido, partus, cibus, potus, gressus, incessus, ætas, circuratio, hostilitas, velocitas, continentia, vindicta, rabies, docilitas, verecundia, prolis amor, volatus, &c. Locus, quem amat, vel qui eius copiam alit. Cum rebus alijs antipathia, sympathia. Eius usus in cibis, in medicinâ, in agricultura, in venatione, in spectaculis, in bello, in sacrificijs Hebraeorum & Gentium, ad vecturam, ad gestationem, ad poenam & vituperium. Usus partium corporis, ut puta cornuum bovis, corij, nervorum, singularum, &c. Eius capienda & domandi ratio. Corporis temperatura, morbi, & eorum curatio. Ad ministerium sibi congruum præ ceteris electio. Curatoris eius officium. Quid præfagiatur. Quid per insomnia portenderit. Ut oraculis, augurijs, auspicijs gentium inservierit. A quibus pro Deo habitus, & quo ritu cultus fuerit. Quid super ipso in legibus divinis, sacrâs, gentiliisque extiterit. Quæ ab illo cognominentur, aut denominentur. Quæ per ipsum fuerint stratagemmata. Quæ de eodē extent antiquorū Hieroglyphica, Syntagma, pīauræ, simulacra, numismata, insignia, ænigmata, apophthegmata, ejus igrammata, apologi, parœmia vel proverbia, icones, prodigia, seu monstra. Quæ historicâ de illo, quæ mythologica seu fabulosa, quæ physiognomica, quæ moralia, quæ mystica. Laudari etiam possunt à pulchritudine & elegantia corporis, à robore virium, laboris patientia, agilitate, cantu, humani sermonis imitatione, fide & amore in dominos, instinctu, & alijs.

§. V.

L A U S F A C T I S I N G V I L A R I A,

F A C T A S I N G V I L A R I A laudabis à septem circunstan-
tijs illo conprehensis versiculo:

Quis? Quid? Vobis? Quoties? Per quae? Cur? Quomodo? Quando?

*Quis? Persona ipsa, quæ facinus, quod Laudamus, edidit.
Vbi expendes eius nomen, naturam, educationem, for-
tunam, habitum, affectiones, consilia, facta, dicta.*

*Nomen, quid significet considerabis, ad illud factum
pertinens: an ei fuetit divinitus impositum: an à paren-
tibus acceperit pari laude conspicuus: an idem alia olim
personæ gererint, simile decus consequutæ: quas com-
plectatur laudes, & an cæteris collatum nominibus an-
tecellat: an qui gerit illud eius mensuram impleverit.
Huc etiam spectat cognomen, agnomen, tituli, epithé-
ta, elogia à natione, provincia, vrbe, familia, &c.*

*Natura complectitur parentes, patriam, sexum, æta-
tem, conditionem; corporis, & animi dotes. Vide igit-
tur, an parentes exemplo præiverint: an eiusdem vel
alterius nationis, aut loci homines alij parem laudem
obtinuerint: an ætatis vires id facinus excedat: an sexu
congruat, vel etiam supererit: an conditioni respondeat;
an homo ille sit imbecillus, an robustus, an forma deco-
rus, an valetudine firmus; an secus: an ingenio valeat,
an indole sit præclara, & liberali: an multis, & quibus
virtutibus præstet.*

*Educatio an inter bonos, à bonis, longè ab improbo-
rum consortio; honesto, nobili loco; multâ diligentia;
præceptore pio, erudito, prudente; artibus ingenuis, ho-
nestis disciplinis; magno fructu, optimis moribus instru-
ctus, & educatus fuerit; an secus.*

Fortuna prospera, vel adversa; vbi de eius personæ di-

vitijs, claritate, potentia, felicitate, honoribus, vel de contrarijs; & quo pacto in vtrâvis sc̄ gerat fortuna.

Habitus, sive animi, aut corporis constans, & absolu-
ta in re aliqua perfectio; quærit scientias, & virtutes,
quibus ornatur.

Affectio, v.g. lætitia, dolor, molestia, cupiditas, morbus,
debilitas, & alia, quibus corpus, & animum ex tempore
commutari contingit. Ostende illum non parere cupi-
ditatibus, non impelli ab auctore, nec rapi ab odio; non
a tinore dejici, lætitiam non effici, mœrere non confi-
ci, labore non trangi, voluptatibus non emolliri.

Consilium: expone, illum non casu, non coactum, ne-
que ab alio impussum, sed sponte, consulto, debitaque
operâ rem gesisse.

Facta, sive res ab illo gestæ, aut olim gerendæ, quæ
minora esse dices facinore illo, quod laudas.

Didæ, sern ones, orationes, libri, quos in lucem edi-
derit, qua de re, & qua hominum opinione, existima-
tione, vel plausu.

QVID? Ia factum, quod celebrare constituimus. Vide, an
sit honestum, & rationi congruum; an excellens, &
magni a sapientibus habitum; an precium, dignitatem,
decus, aut alia bona complectatur, vel etiam superet:
an in eo verletur incolmitas, salus, honor vnius, pluri-
morum, Reipub. An necessariò, an liberè factum: an,
cui, qualem, quantam, quam diuturnam utilitatem, vo-
luptatem, decus, gloriam secum invehat: an factu diffi-
cile sit; an seçus: an rarum, inusitatum, vel etiam sine
exemplo: an ab alijs anteà expetitum, tentatum, & quo
eventu: an in posterum alios ad similia facinora gene-
rosè inflammabit, &c.

VBI? Locus, in quo res illa peracta est. Expende, an rei per-
agendæ oportunus fuerit, an difficultatibus præpeditus.

PER

QVOTIES? Frequentiam aut infrequentiam. An s̄pē, an raro factum?

PER QVÆ? Præsidia quibus est usus. An solus, an cum alijs, vel per alios id peregit: an cæteros ardore præverit.

CVR? Finis, quem sibi proposuit. Explica eius honestatem, gloriam, splendorem, utilitatem.

QVOMODO? Operis ratio, & methodus. An inusitata, nova, ingeniosa, difficultis, incredibilis, omnium convenientissima.

QVANDO? Tempus, quo facinus patravit. Opportunitatem continet, qua id suscepit, promovit, perfecit.

S. VI.

LAVS ARTIS ET SCIENTIÆ.

ARS, & SCIENTIA laudatur
1. *Ab eius nobilitate. Quam commendant eius antiquitas, & felices progressus; dignitas materiæ, qua de agit; eius inventores, ac professores; libri super illa conscripti.*

2. *Ab eius utilitate. Recense bona, quæ pariat, honestas oblectationes, quas invehat.*

3. *Ab eius necessitate. Damna illa percurre, quæ patremur; si eius præstidio privaremur.*

4. *Ab eius facilitate. Levi nimis rūm labore compari posse. Quod si scitu sit difficultis: res, dices, præclarissimas, non nisi a præclarissimis percipi ingenij.*

5. *A locis communib[us] definitionis, partium, materiæ, finis, effectorum, comparationum, exemplorū, &c.*

S. VII.

REGIONIS ET INSVLÆ, VREISQVE LAVS.

REGLIO, & INSULA laudatur. 1. Ab antiquitate, & primis cultoribus. 2. A populorum genere, studijs,

dijs, legibus, moribus, Religione, urbanitate, & rebus
gestis. 3. Ab an plitudine, & situ, cœlique clementia,
amœnitate, delitijs, fertilitate, & commoditate ad in-
vehendum necessaria. 4. Ab oppidis, arcibus, castellis,
montibus, fluminibus, stagnis, fontibus, campis, valli-
bus, animalibus, fructibus. 5. A vicinis locis; an longè
vel iuxta mare, seu continentem. 6. A monumentis an-
tiquitatis, quæ ibi extiterint, vel etiam extent, rebus
que alijs memorabilibus, quæ ibidem contigerint.

VRBS laudatur. 1. A conditore, & occasione
condendi, & florentissimo eius statu; quod si tota, vel
ex parte coruerit, eius restorationem prædicabis.
2. A soli situ, cœlique clementia. 3. A figura quadra-
ta, rotunda, &c. 4. Ab ædificiorum descriptione,
nempe quæ ibi sint plateæ, fora, palatia, templo, thea-
tra, porticus, aquæductus, vici, mundities. 5. A mu-
nitionibus, castellis, turribus, fossis, mœnibus, pro-
pugnaculis, armorum militumque præsidio. 6. Ab agri
amœnitate, & vbertate, à fluminibus præter vel inter-
fluentibus, à villis, pagis, hortis, pratis, sylvisque vici-
nis. 7. Ab incolarum Religione, moribus, humanita-
te, legum observantia, ratione administrationis, liter-
arum & militiæ studio, opificibus, &c. 8. A gentilitijs
insignibus. 9. A viris, quos virtute, literis, armis, arti-
bus eximios procreaverit, &c.

§. VIII.

ÆDIFICI TEMPLIQUE LAVS.

ADIFICIUM laudatur à situ, prospectu, figura,
magnitudine, amplitudine vestibuli, magnifi-
centia atrij, pulchritudine & multitudine cubiculo-
rum, conclave, triclinierum, penetralium; ab
hortis, & fontibus adjacentibus. Item à preciositate
li g

94 DE RHETORICA FACULTATE
lignorum, lapidum, variaque corū sculptura, & ornata
TEMPLVM laudatur. 1. Ab antiquitate, & eius fabri
candi causa. 2. A loco & situ. 3. A dedicatione, conse
cratione, inauguratione, decoratione, conservatione
4. Ab aris, statuis, imaginibus, vestibus sacris, suppelle
ctili, solemnitatibus, sacrificijs, donarijs, sufficiibus, fe
pulchris, monumentis, vasis preciosis, instrumentis mu
sicis. 5. A quantitate seu magnitudine, altitudine, spa
tio, amplitudine. 6. A materia, eburnea, marmorea,
forma rotunda, laqueata, magnifica. 8. A Sacerdoti
bus, & ministris, eorumque ætate, dignitate, gradibus
ordine, vitæ genere, muneribus, numero, vestitus ma
teria, forma, colore. 9. Ab hominum frequentia, concio
nibus, sacrorum vsu sancto, augusto, religioso, impo
lluto, venerabili, optimo. 10. A miraculis, & oraculis.

§. IX.

ARBORIS, &c. FLVMINIS, &c. MONTIS, LOCI,
Temporisque laus.

A RBORES, PLANITÆ, HERBÆ laudantur, à nomine, seu
notatione; à forma, à loco subiecto, ab adiuncto
tempore, à virtute, ab effectu.

FLVMINA, & FONTEs, ab ortu, seu scaturagine, ab am
plitudine, colore, natura aquæ, à velocitate cursus, à
locis nobilioribus, per quæ fluunt; à piscium generibus;
copia, salubritate, ab effectibus.

MONTES laudantur à situ, ab ijs, quæ in illis nascun
tur, vt herbis, arboribus; vel quæ effodiuntur, vt à metal
lis; à feris, quæ in illis degunt; ab arcibus, & turribus,
quæ in ipsis sunt; à fontibus inde scaturientibus; à rebus
memorabilibus, aut prodigiis ibi factis.

LOCVS, & TEMPUS laudantur, recensendo quæ in eis
continentur, vel in ipsis fiunt.

VITUPERATIO rei cuiuspiam tractatur per capita opposita ijs, quæ adduximus pro rei vniuersaliusque Laudatione.

CAP. XI.

DE INVENTIONE GENERIS DELIBERATIVI.

LOCI, quibus hoc Deliberativum Genus tractatur, sunt. 1. Ab Honesto. 2. Ab Vili. 3. A Facili, & Fuscando. 4. A Necessario; vel Ab oppositis.

HONESTVM. Cum *Virtus* per se sit honesta; facile concludes, rem propositam esse *Honestam*, si probaveris cum *Virtute* esse coniunctam. Cardines autem virtutum sunt Prudentia, Justitia, Fortitudo, & Temperantia. A quibus sic elicies argumenta:

A Justitia, si demonstraveris. 1. Rem propositam, divino cultui esse consentaneam, Deo gratam, acceptamque. 2. Patrum institutis, & legibus maximè convenire: parentum, affinium, civium charitatem inter se continere. 3. Spectare ad referendum gratiam. 4. Improborum audaciam reprimere; bonisque signum ad benè sperandum proferre. 5. Disciplinam, & modestiam civitatis hoc maximè facto contineri. 6. Nefas esse fidem violare, officium negligere, ignominiosam perfidiæ notam subire, servandam æquitatem esse cum clientibus, fidem cum hostibus, illudque vetus dictum religiosè observandum: *Quod tibi non vis, alteri ne feceris.*

A Fortitudine, si ostenderis. 1. Rem illam magnam esse, quæ non vile habeat virtutis experimentum. 2. Pro honesta causa non modò subeundos, sed appetendos esse labores. 3. Mortem quavis esse turpitudine incundic rei. 4. Virum non esse, qui propter dolorem ab officio, & honestate recedit. 5. Pro veritate, & pro honesta sua, suorumque, sed potissimum Dei gloria;

96 DE RHETORICA FACULTATE
nullas inimicitias formidandas, nulla tormenta refu-
gienda.

A Temperantia, si palam fiat, quam magnum, quam
regium, quam divinum sit, libidinem coercere, vota
immodica & cupiditates abjecere, volitatem vana cu-
piditate laudis animum cohibere; eumdem crudelitate
incitatum, rationis freno compescere; victis ignoscere,
iacentes erigere; in summa denique dignitate, & rerum
potentia, modum tenere.

A Prudentia, si Orator advocet in consilium prae-
rita; memoriam duce, & comite experientiam: si conside-
ret praesentia, consulat peritos, bonosque consiliarios
se ipsum excitet, & acuat ad bene conjiciendum;
ratiocinetur, provideat, circumspiciat locum, tempus,
facta, personas, prospiciat difficultates, & mature re-
medium adhibeat.

¶ Ad Honestatem etiam pertinet, cum metu dede-
coris, & infamiae, suademus aliquid esse suscipiendum:
quod efficax esse solet, praesertim cum res habetur
apud imperitos, qui non tam honesta expertunt, quam
devitant turpia: neque gloriam, laudem, decus, tam un-
quam exquirunt, quam ut ignominiam, infamiam, con-
tumeliam, dedecus fugiant.

V T I L E. Vtilitatis partes sunt felicitas, & incolumi-
tas.

1. *Felicitas* omnia complectitur, quae humanam
vitam exhilarant; sub ea continentur artes, nobilitas,
gloria, amicitia, pulchritudo, robur, valetudo, duitia,
omnia denique commoda, quae tanti faciunt morta-
les, ut ad ea penè sola aures arrigant, cætera perfun-
ctorie, & oscitanter audiant.

2. *Incolumitas*, continet malorum praesentium de-
pressionem, imminentium fugam: neque enim ullus est

ad eos

adeo sui negligens, qui non statim cogitet, quo pacto se à periculis expedire, & salutem, aut reliqua bona consequi possit.

FACILE, & JVCVNDVM. Quamvis res & honesta sit, & vtilis; tamen si nimis sit operosa, vel fastidiosa, deterret plerumque animos. I. vinctur

1. A persona eius, qui deliberat, cuius sive auctoritate, sive ingenio, sive robore, sive divitijs, &c. res facile obtineri possit.

2. Ab ipsa re, de qua consultit, cuius gravitas, seu levitas expendetur, ut vel suscipiatur, vel repulsetur.

3. A loco in quo res commode fieri possit, ostendendo eum oportunum esse rei gerendæ.

4. A causis, & facultatibus, quibus res facile perfici possit.

5. A fine, cuius gratia res suscipienda suadetur, vt puta illum, aut ad vindicandam iniuriam, aut ad libertatem defendendam, aut ad imperium propagandum.

6. Amodo, & ratione negotij perficiendi: dando, scilicet, documenta quædam ad illud expeditius obeundum.

7. A tempore: eius oportunitatem significando.

NECESSARIVM. Compendiosius est ad Suassionem, & Dissuasionem iter, vbi Necesitas rei obeundæ clarissime ostenditur, qualis est Salus animæ, corporis, fortunærum, &c.

¶ Huc spectat rei Difficultas, quæ lenienda est fru-
ctu, & vtilitate, vel etiam gloriâ, quæ nunquam ferè obtinentur citra sudorem, & periculum.

¶ Ad suadendum, & dissuadendum non parum etiam iuvant *Fusjurandum, Pacta, Convinta, Preindicia, Leges, Testimonia, Exempla*, aliaque eiusmodi, quibus ad re suscipiendā, vel deferendā videtur obligati auditores

CAP. XII.

DE INVENTIONE GENERIS JUDICIALIS.

TRACTATVR id Genus à circumstantijs tritissimo illo carmine contentis: *Quis?* *Quid?* *Vbi?* *Quoties?* *Per quæ?* *Cur?* *Quomodo?* *Quando?*

QVIS? *Persona accusata.* Facilè condemnabitur, si ostendatur audax, levis, crudelis, impotens, *hoc est*, talis, vt effrenatas, & indomitata cupiditates habeat. Defendetur, si virtutes eius, & morum honestas demonstrabitur.

QVID? *Crimen.* Expendenda est eius natura, & comparanda cum moribus illius, qui accusatur, aut defenditur; vt in eius cadere indolem, vel ab illius moribus abhorrere longissimè ostendatur.

VBI? *Locus,* in quo factum, & commissum est flagitium. Palam fiat oportuniorem, aut iniquiorem criminis patrando fuisse: aut ibi adfuisse, vel inde abfuisse eum, qui accusatur: ad quod loci oportunitas diligenter est attendenda, quò maior, vel minor criminis suspicio ingeratur.

QUOTIES? An sèpiùs, an rariùs facinus sit commissum.

PER QUÆ? *Vires, instrumenta, conatus, arma, satellitum, aliaque ad rem perficiendam accommodata.* Horum copiam habuisse, vel his caruisse illum, qui accusatur, ostendes.

CVR? *Finis,* quem in committendo facinore sibi proposuerit; vel quid utilitatis inde speraverit, qui rem aggressus est. Id sagaciter subodorari oportet; vt euā, in cuius commodum crimen admissum cessit, auctorem criminis potissimum arguas.

QUOMODO? *Mores, & secerri geste.* Ex quibus dilucidatur.

dâ narratione & explicatione, facile colligi possit, vel eum, quem accusamus, reum esse; vel quem defendimus, innocentem. Executiendum ergo est, an comparatis insidijs, an aperto marte hostem sit adortus; vtrum iratus, ebrius, invidiâ percitus; vigilantemne oppreserit, an dormientem? &c.

QUANDO? *Temporis oportunitas.* Expendendum est, de die, an de nocte, manè, an serô, num hac, num illâ horâ res acta sit: vt enim tempora quædam sunt oportuna criminibus, sic alia minimè sunt accommodata.

¶ Ad accusandum, & defendendum plurimùm valent eventuum loca; & signa vel adiuncta antecedentia, consequentia, & comitantia.

CAP. XIII.

OECONOMIA SAPIENTIÆ VNIVERSÆ, PRO
Materia dicendi methodicè invenienda.

OMNIA hactenus à nobis ad inveniendum explicata, aut proposita, ei demum Oratori prodeſſe possunt, qui est versatus in rebus; vel vsu, quem ætas denique affert: vel auditione & cogitatione, quæ studio & diligentia præcurrit ætatem. Nam si tu mihi (*ait Antonius apud Cic. 2. de Oratore.*) quanvis eruditum hominem adduxeris, quanvis acrem & acutum in cogitando, quanvis ad pronuntiandum expeditum; si erit idem in consuetudine civitatis, in exemplis, in institutis, in moribus ac voluntatibus civium suorum hospes; non multum ei loci proderunt illi, ex quibus argumenta promuntur: subacto mihi ingenio opus est (vt agro non semel arato, sed novato & iterato) quò meliores fœtus possit & grandiores edere. Subactio autem, est vsus, auditio, lectio, literæ. *Hac ille.* Quamobrem operæ mihi præium facturus esse putavi, si Vniverſæ

Oeconomiam Sapientiae (licet per summa tantum capita) Eloquentiae candidatis exhiberem : vnde Loca omnia per ordinem Communia dignoscant, ex quibus omnis ad omnem & causam & orationem materies elicetur , & ad quae quidquid hactenus in Auctorum omnium Voluminibus traditum literis est, referri valet. Ut ordinate illa evolvere , & inde selecta digestaque excerpere, suisque vobis affermare commodè, si velint, possint.

SAPIENTIA ergo UNIVERSA, *Divinarum* est, atque *Humanarū rerū Scientia*. *Divinæ* dicuntur, quæ versantur circa Deum , aut circa homines ad Deum dirigendos. *Humanarum* autem partes sunt PHILOSOPHIA, HISTORIA & EUNOMIA , h. e. *ÆQUI, RECTIQUE SCIENTIA*, seu *JVRISPRUDENTIA*.

I. Quæ circa Deum versantur , continentur in SACRIS BIBLIJS , quorum TEXTVS , seu Editio est vel Polyglotta [h. e. duum, trium , quatuor , &c. linguarum] vel vñilinguis , scilicet , Hæbraica , aut ex Orientalibus linguis[Syriaca, Chaldaïca, Arabica,&c.] vel Græca, aut Latina, seu Vernacula [id est Polonica, Hungarica,&c.]

Biblia autem Sacra (vt hoc obiter dicam) vti vernaculæ, licet fideliter & catholicè traducta, Ecclesiæ legibus communiter prohibentur ; ita alicubi plurimum prosunt, ad obviam eundum Hæreticis, qui depravatis suis Translationibus limpidissimos illos Ecclesiæ fontes inficiunt. Propterea GREGORII XIII. jussu , & approbatione CLEMENTIS VIII. edita sunt Polonicè Biblia Universa Cracoviæ; apud Lazarū, 1599. nostro Jacobo Vieco metaphraste. Nec aliò spectavit aliorum labor Jesuitarum, vt Justi Rabi, qui eadem etiā Polonice, & Georgij Kaldi, qui Hungaricè transtulerunt.

II. BIBLIORVM autem EXPLANATORES sunt Glosatores, Scholiaſtæ, Paraphraſtæ, Critici, Tractatores, Catenatores, Interprætes, vel utriusque ſimul Testamēti, vel alterutrius: item qui de Rebus Judaicis traſtārūt.

Ea, quæ Homines ad Deum dirigunt, traſtant SANCTI PATRES, atque THEOLOGI.

I. PATRES autem vel diviſim Græci, aut Latini; vel collectim, ſeu in Bibliothecâ generali, polemica, concionatoriâ, gentium singularum, Ordinum religioſorum, ſocietatum singularium, &c.

II. THEOLOGI vel ſunt 1. Scholastici; iijque vel Principes [ut Augustinus, Petrus Lombardus, &c.] vel Dominicani, Franciscani, Jesuitæ, & aliorum Ordinum Religiosorum, ſeu Doctores ſeculares: Vel ſunt 2. Polemici; qui adverſus Infideles, ſeu Impios, [puta, Atheos, Politicos, Gentiles, Magos, Libertinos & Praeadamitas, Mahometanos, Judæosve] ſcripſerunt; vel adverſus Hæreticos antiquiores [Græcos, ſeu Schismaticos, Sacramentarios, Hussitas] vel recentiores, [Zwinglianos, Lutheranos, Calvinianos, Socinianos, Recentissimos.] Vel 3. Morales; Epifcopi, Religioſi, ſeculares. Vel 4. Miftici, ſeu Ascetici; qui traſtant de vitâ spirituali, religioſâ, perfectâ [cuiusvis ætatis, vel statûs] de oratione, de virtutibus, de cultu Dei, B. Virginis, Angelorum, Sanctorum. Vel 5. Concionatores; qui docent concionandi Artem, aut qui materiam ministrant [ex Sacra Scripturâ, ex Sanctis Patribus, ex Historijs, ex ſe ipsis,] aut qui Conciones ſcripſerunt [per totū annū, per Quadragessimam, per Adventum, vel de Christo, de B. Virgine, de Sanctis, de Catechismo, &c.]

PHILOSOPHIA dividitur in Literas Severiores, & Humaniores. LITERÆ SEVERIORES versantur circa Contemplationem & Actionem, ex Virtute. Népe

I. **PHILOSOPHIA** strictè sumpta ; quam tractarunt Philosophi antiqui [h.e. Chaldæi, Ægyptij, Æthiopes, Brachmanes, Druydae, Judæi, &c. Græci, in ijsque potissimi Pythagoræi, Academicæ, Peripatetici, Stoïci, Epicurei, & Pyrrhoniani, seu Sceptici, Barbari, Romani, Christiani, Arabes, Averroïsta, &c.] & recentes [h.e. Scholastici, universales, aut particulares, nimirum Logici, Ethici, Physici, Methaphysici, Theologi (quos vocant) naturales. Item spagyrici, Cartesiani, arbitriarij, &c.]

II. **MATHESIS** ; cuius species sunt 1. *Arithmetica* communior, sive speculativa & practica [seu Ars computistica, aut calculatoria] vel reconditor, [sive Algebra.] 2. *Geometria*, vel speculativa [qua de rectilineis, curvilineis, quadraturâ circuli, &c.] vel practica. 3. *Astrologia*, bipartita in Astronomiam speculativam [qua de sphærâ cœlesti, vel Cosmologiâ, de theorîâ vel motu Planetarum, de Cometologiâ] & operativam, [de sphærâ armillari, de astrolabio, de horologijs, vel gnomonicâ, &c.] & in Astronomiam, sub qua sunt Astrologia judicaria, Geomantia, Hydromantia, Necromantia, Chiromantia, &c. Astrologiae universæ inserunt qui tractant de Sinuum scientiâ, & de Ephemeridibus. 4. *Musica*, vel vocum (præsertim humanarum) vel instrumentorum musicorum. 5. *Optica*, vel speculativa [sub qua, Optica propriè dicta, Dioptrica, & Catoptrica.] vel practica [sub qua, Perspectiva, Thaumaturgia, Pictura, Statuaria, &c.] 6. *Cinetica*, seu de motu sublunarium naturali, aut violento. 7. *Statica*, seu de ponderibus solidorum, &c. 8. *Mechanica*, seu de motu artificiose, ejusque instrumentis. 9. *Architectura*, tripartita in Civilem [seu de ædificio construendo, sub qua, ars quævis fabrilis, ut lignaria, ferraria, &c.] in Nauti-

cam[sub qua, Ars navigandi, ac Navigationes] & in Militarem[qua de Arce muniendâ , & defendendâ.] 10. Strategetica; sub qua, ars Imperatoria; de bello gerendo: Tactica[de ordinandâ acie] Opletica [de armis & machinis bellicis conficiendis] Equestris ; & Tormentaria[seu Pyrotechnica, &c.]

III. MEDICINA ; antiquior, [cujus auctores sunt Hippocrates cum suis sectatoribus, Galenus cum suis, veteres alij Græci, Arabes, Latini veteres.] Recentior medicina vel est Arbitraria, vel Chymica , vel Empyrica, vel potior omnibus Methodica ; eaque vel 1. Theoretica, sub qua sunt Physiologica, [de rebus naturalibus, plantis, &c.] Pathologica[de affectibus;] Prognostica, [de signis;] & Therapeutica, [ars curandi morbos] vel 2. Practica; sub qua sunt Diætética [quæ per diætana curat] Pharmaceutica[continens Pharmacopæam, Unguentariam, Pigmentariam, Fucatoriam; item venena, & antidota.] & Chirurgica[de plagis ac vulneribus curandis.] Quibus accedit Veterinaria , quæ bestias curat.

LITERÆ HUMANIORES versantur circa hominum socialem vitam; scilicet Grammatica , Rhetorica, Poëtica, & Philologia.

I. GRAMMATICA, vel est 1. Vniuersalis, de Linguis, de Literis, de Notis, de Scriptione, &c. vel 2. Particularis linguarum classicarum, Hæbraicæ , Orientalium [Arabicæ, Armenicæ, Copticæ, &c.] Græcæ , & Latinæ: linguarum vernacularum [Hispanicæ , Italicæ, Gallicæ, Germanicæ, &c.] linguarum peregrinarum, [Mexicanæ, Peruvianæ, Brasiliæ , &c.] vel 3. Lexicographa, sub qua Lexica polyglotta, pentaglotta , exaglotta, &c. iuridica, historica, medica, botanica, zoïca, &c. Thesauri vñilingues, bilingues, trilingues, &c. Di-

Etionaria, Hispano-latina, Latino-hispana, Italico-latina, &c. Oratoria, Grammatica, Græco-latina, Sacra, &c. Vocabularia, Latine-barbara, Philologica, Antiquaria, &c. Indices, Virgiliani, Plautini, Horatiani, &c. Concordantiae, Biblicæ, &c.

II. RHETORICA, 1. *Didactica* (seu docens) Græca, Latina, Vernacula. 2. *Vtens*, (seu exemplaris) quam tractant Oratores, & Declamatores veteres [Græci & Latini,] ac Recentes in Genere Judiciali [per Invectivas, Vituperationes, Libellos famosos, &c.] in Genere Deliberativo [per Paræneses, Sermones didacticos, &c.] in Genere Exornativo [per Laudationes seu Panegyres Virtutum, Personarum, Rerum; per Epistolas, &c.]

III. POETICA, 1. *Didactica*, Græca, Latina, Vernacula. 2. *Exemplaris*, sive Poëtæ Græci Veteres, ac recentes; Latini veteres, sacri (seu mediæ ætatis) recentiores [ex Hispaniâ, Italiâ, Galliâ, Belgio, Germaniâ, &c.] Vernaculi, [Hispani, Itali, Galli, Germani, &c.]

IV. PHILOLOGIA, quæ continet 1. *Polymathiam*, sub qua Polynathi (sive Polygraphi) tractant de Artium Liberalium ordine, de rebus permixtis ad Artes Liberales spectantibus. 2. *Criticam*, quæ continentur Auctorum Illustrationes, Adversaria, Castigationes, Variæ Lectiones, &c.

HISTORIA versatur circa Prudentiam: cuius 1. *Principia* sunt Geographia, & Chronologia; 2. *Corpus*, Historia Universalis, item Historia Sacra, & Ecclesiastica, & Historia Profana; 3. *Appendices*, Historia Gentilitia, ac Literaria, & Icones historicæ; 4. *Cognata*, Historia naturalis, & artificialis. 5. *Vmbra*, Historia fabulosa.

I. GEOGRAPHIA, vel est 1. *Vetus* [usque ad detecti
Ne.

Novi Orbis tempora] Universalis, aut particularis; & utraque aut Graeca, aut Latina, aut Vernacularum linguarum. Vel 2. Recentior vniuersalib[us], [seu Descriptio totius Orbis;] aut particularis, Sacra [sive qua Descriptiones Terræ Sanctæ, Patriarchatum, Diocesum, &c.] vel Profana, eaque vel Chorographica, [Hispania, Italia, Germania, &c.] vel Topographica, [Romæ, Matriti, Viennæ, &c.] Accedit Geographiæ Hydrographia [Marium, Sinuum, Insularum, Portuum, &c.] Itineraria [vetera, ac nova] cum arte Apodemica. Tabularum Geographicarum Collectores, &c.

II. CHRONOLOGIA, quam tractant. 1. Chronologi, qui de Ratione Temporum, Veteres, ac recentes. 2. Chronographi qui Chronica scripsierunt, Sacra [utriusque aut alterutrius Testamenti] Profana, aut Sacroprofana, vniuersalia, vel particularia.

III. HISTORIA UNIVERSALIS complectitur res sacras vel profanas, vel utrasque totius Orbis terrarum, vel solius Europæ, vel solius Asiae.

IV. HISTORIA ECCLESIASTICA, continet. 1. Res antique Ecclesie, [seu Mosaicæ, Veteris Testamenti,] cuiusque Auctores sunt veteres, aut recentes. Vel 2. Res novæ Ecclesie, [seu Christianæ, Novi Testamenti] easque vel totius vniuersim; cujus sunt appendices Historia Summorum Pontificum, Cardinalium, Conciliorum. Rerum in Historia Ecclesiastica controversiarum; Hostium Ecclesie [sive Historias Idololatriæ, Hærescon, Schismatum, &c.] vniuersales vel particulares: Vel aliquius, aut aliquarum partium singillatim; nempe, 1. Historias Ecclesiarum, Italicæ, Insularum Italiae adjacentium [Siciliæ, Melitæ, Sardiniae, &c.] Hispanicæ, Gallianæ, Germanicæ. Septentrionalium, Orientalium, Asiaticarum, &c. 2. Historias Religiosarū Familiarum, aut

aut Vniversalis omnium Ordinum, aut singulares Canonorum [S. Augustini, Præmonstratensium, &c.] Clericorum [Theatinorum, Jesuitarum, &c.] Eremitarum [Augustinianorum, Hieronymianorum, &c.] Monachorum [Basilianorum, Benedictinorum, Cartusianorum, &c.] Mendicantium [Dominicanorum, Minorum, &c.] Militarium, vel in Togâ [SS. Trinitatis, B. V. de Mercede] vel in Sago [Theutonicorum, Templariorum, Melitensium, &c.] Congregationum [Oratorij, Somalchæ, Matris Dei, &c.] Monialium [Clarissarum, S. Sepulchri, Visitationis, &c.] 3. Historias Sanctorum, h. e. Martyrologia vniuersalia, vel particularia Ecclesiârum, Provinciarum, Civitatum, Familiarum, &c. Collectiones vitarum, seu Legendas, Flores vel Acta Sanctorum totius, aut alicujus Ecclesie, nationis, etatis, dignitatis, &c. Vitas singulares Sanctorum Apostolorum, Martyrum, Pontificum, Confessorum, Monachorum, Eremitarum, Sacerdotum, Levitarum, Virginum, Viduarum, &c.

V. HISTORIA PROFANA, vel est 1. *Gressa*; eaque Vetus, aut Recentior Byzantina, Saracenica, Turcica [in Continente, in Insulis Ægei Maris, &c.] Vel 2. *Romanâ*; quæ de Romanorum origine, rebus gestis, Regno, Republica, Imperio [Gentili, vel Christiano Orientali, aut Occidentali Romano, Gallico, Germanico, Austriaco,] de Imperatoribus, Electoribus, Circulis, &c. 3. *Italica*; vniuersalis, sub qua Descriptio Historica, Res gestæ, Elogia virorum illustrium; particularis, seu Historia Statûs Ecclesiastici, Regni Neapolitani, Ducatum [Hetruriæ, Parmensis, Mantuani, Mediolanensis, Mutinensis, Pedemontani, &c. Sabaudici] Rerum pubb. [Venetæ, Genuensis, Lucensis, Ragusinæ] Insularum [Siciliæ, Sardiniae, Corsicae, &c.] 4. *Hispania*

nica; *vetus*, & recentior universalis de totâ Hispaniâ, de Rebus gestis, ac Viris illustribus; aut particularis, sub qua Jura Regum, Tumultus, Bella, Legationes, Historia Regnorum [Castellæ veteris ac novæ, Legionis, Aragoniæ, Gothlaniæ, Valentia, Murcia, Granata, Bætica, Lusitania, Galliciæ, Catabriæ, Vasconia.] aut Civitatum [Madridiensi, Toletanæ, &c.] 5. *Gallia*, *vetus*, & recentior vniuersalis, vel particularis. 6. *Belgica* *vetus*; & recentior vniuersalis, &c. 7. *Germanica* *vetus*, & recentior, &c. 8. *Septentrionalis*; *Danica*, *Svecica*, vniuersalis, &c. 9. *Europæ Orientalis*, *Moscovitica*, *Polonica*, *Hungarica*, *Daciæ*, seu *Transsylvania*, *Vvalachiæ*, &c. 10. *Peregrina*; *Americana*, *Perfca*, *India*, *Sinica*, *Japonica*, *Africana*, &c. *Peregrinationes*, *Itinera*, &c.

VI. *HISTORIA GENTILITIA*, sub qua sunt 1. *Genealogica* vniuersalis, vel particularis *Familiarum*; *vetus*, h. e. *Græcorum*, *Romanorum*, &c. recentior, seu *Hispanorum*, *Italorum*, *Germanorum*, &c. 2. *Heralistica*, sive scientia describendi tesseras gentilitias, aut explanandi descriptas; sive *Historia* tessellarum cuiuscumque gentis, *societatis*, *ordinis*, *familiae*, *viri*, &c.

VII. *HISTORIA LITERARIA* comprehendit 1. *Bibliotecas* vniuersales omnium, & particulares alicujus, vel aliquarum Facultatum, nationum, ordinum, academicarum, &c. 2. *Elogia* virorum, & foeminarum literis illustrium, artificum, &c. 3. *Historiam* Academicarum omnium, aliquarum, singularium, scientiarum, (*Theologiae*, *Philosophiae*, &c.) Artium, (*Picturæ*, *Sculpturæ*, &c.) *Typographiæ*, &c.

VIII. *HISTORIA ICONOLOGICA* continet 1. *Iconologia*, h. e. *vultus*, aut *gestas* res (penicillo in tabulis, seu cœlo in statuis expressas) *Falsorum Deorum*, *Sacram*rum,

rum, seu illustrum personarum. 2. *Symbolicam*, id est, *Symbola, Hieroglyphica, Lemmata (Hisp. Empressa)* Emblemata, Agalmata, &c. 3. *Nummariam, nempe, Numismata, Monetas, Pondera, & Mensuras veteres, ac recentes.* 4. *Epigraphicam*, scilicet, Inscriptiones historicas insculptas marmoribus, gemmis, vasis, obeliscis, arcubus triumphalibus, sepulchris, &c. 5. *Pomparum Historiam, nimurum, Triumphales exceptiones Principum, aut illustrium personarum; Funeralia; Ludicra [h. e.] Hastiludia, Taurifudia, &c.*

IX. HISTORIA NATURALIS universalis, vel particularis. Hæc versatur, 1. Circa Elementa, omnia, aliqua, vel singula. 2. Circa Fossilia, [h. e. metalla, gemmas, lapides, succos, &c.] 3. Circa Plantas, communes, aut alicuius Regionis: de Re Rustica, de Hortis, de Floribus, &c. 4. Circa Animalia, aut omnia, aut sola quadrupedia, pisces, volucres, serpentes, insecta. 5. Circa Hominis corpus totum, aut partes; Sceleton, seu Anatomen totius, aut partium; animam separatam; personam viri, mulieris, &c. 6. Circa Spiritus [id est, Angelos, Cacodæmones, Energumenos, Spectra] 7. Circa Monstra. 8. Circa Prodigia, & Ostenta, in Elementis, fossilibus, plantis, animalibus, hominibus, &c.

X. HISTORIA ARTIFICIALIS, sub qua sunt 1. *Hominis dies natalis, vita, artates, cibus, vestis, domus, mors, funera, &c.* 2. *Familia, [h. e. Conjugium, maritus, vxor, liberi, servi, &c.]* 3. *Societas; vel imperfecta [ut sodalitates, amicitiae, commercia, &c.] vel perfecta; sub qua, Civitas, Regnum [hic præmia, poenæ, militia, mercimonia, artificia, agricultura, ætarium, annona, ludi, triumphi, &c.] Sacri Ritus, Judicia, &c.*

XI. HISTORIA FAEVLOSA , cuius Auctores vel
sunt. 1. Magistri Artis, Illustratores, impugnatores, de-
fensores ; vel 2. Tractatores Fabularum, Apologorum,
Parabolarum ; Græci, Latini, Arabes, Hispani , Itali,
Galli, aut aliarum linguarum , omnesque eratione vel
vorsâ, vel prorfâ.

EUNOMIA versatur circa Jura omnia, quibus ho-
minum societates continentur; atque adeò complecti-
tur Jus Canonicum, & Civile.


I. Jus CANONICVM distribuitur 1. in Principia, quæ
sunt S. Scriptura , & SS. Patres (de quibus suprà in
Theologiâ) Usus, & Synodi Ecclesiarum Italiæ , Hi-
spaniæ, &c. Literæ, Bullæ, & Decreta Pontificum , &
Concilia Ecclesiæ , quibus operam suam navârunt
Scriptores, de eorum auctoritate, convocatione, formâ,
&c. Collectores omnium, aut aliquorum, antiquorum,
vel recentium; Epistolarum Pontificiarum , Canonum
generalium , &c. Tractatores ; Historici , Didacticci,
Scholastici, de Concilijs ; Breviatores , seu Summista
Generalium, aut Particularium. 2. in Corpus, cuius Tex-
tus sunt Decretum Gratiani , Libri V. Decretalium
Gregor. IX. Liber VI. Bonifac. VIII. Extravagantes,
Clementinæ, Communes, Decreta Iwonis , Burchardi,
&c. cuius Commentarij sunt Universales in totum Jus
Canonicum; aut Particulares, in partem aliquam : cu-
jus Tractatores sunt multipliçis Classis; vel qui de Jure
ipso , de Jurisperitis , de Juris tractandi modo : Vel
qui de Ecclesiâ , Summis Pontificibus , Cardinali-
bus , Legatis , & Curiâ Romanâ : Vel de Episcopis,
Parochis , Canonicis , Clericis , Beneficiatis : Vel de
Abbatibus, Religiosis (in genere, aut in specie) Moniali-
bus, Ordinibus Militaribus: Vel de Confraternitatibus,
Sodalitijs, Hospitalibus, Pauperibus curandis, &c. 3. in


Appendices, h.e. de Divinis Officijs; quoram Textus sunt Breviaria, Ritualia, Missalia, Libri Cantuum; caque omnia, aut generalia Ecclesiæ Romanæ, aut Græcæ; aut particularia Ecclesiarum Italiæ, Hispaniæ, &c. aut Religiosorum Ordinum. Item Divinorum Officiorum Tractatores, vniuersim, aut singulatim.

II. JVS CIVILE; 1. *Antiquum*, cuius Textus sunt Leges Græcorum, Romanorum, Codex Theodosianus, Corpus Juris Justiniane, Leges Basilicæ: Cuius Tractatores, seu Jurisperiti, sunt veteres, aut recentes. 2. *Hispanum*; cuius Textus sunt Forum Iudicum (Hisp. *Fuero Juzgo*) Leges Partitarum, Taurenses, Styli seu Consuetudinis, Navarræ, Aragoniæ, Nova Compilatio Legum Castellæ, Indiarum Occidentalium, &c. Cuius Tractatores sunt aut vniuersales, aut particulates. 3. *Externum*; seu Exterarum Nationum totius Europæ (Romanum hodiernum, Italicum, Cæsareum, &c.) 4. *Gentium*; seu Fœdera, Pactaque Summi Pontificis, Imperatoris, Regis Catholici, Christianissimi, &c. cum alijs Principibus quibuscumque: item tractatus de Jure Gentium, &c.

Hactenus VNIVERSAE ORTHODOXÆQUE SAPIENTIAE summatim Oeconomiam exhibuimus, cuius expansionem qui legere cupierit, adeat Systema Bibliothecæ Collegij Parisiensis Soc. Jesu, Parisijs anno 1678. editum. Heterodoxorum autem *Inspicientiam* (vti meritò prescriptam, & configendam) hinc ablegavimus: eorum, inquam, vel qui veram pietatem impugnant, vel qui convellere nuntur utramque potestatem, qua Ecclesia regitur, Sacerdotalem, & Regiam; vel qui adversus Religiosos Ordines scripserunt, vel qui Societati Jesu calumniati sunt, vel tandem qui de rebus sanctitati mortuorum contrarijs Libros ediderunt.

Claudo igitur Caput & Librum his Ludovici Carbonis verbis: Necno in ea sit hæresi (*ait appositiè de Inventione lib. 5. cap. 9.*) ut se facultatem dicendi, adeptum fuisse existimat, si tantum communes Oratorum locos cognitos habuerit, nisi etiam proprios bonarum artium locos adiverit, eoque sibi familiares reddiderit: cum omnis oratio ex proprijs conficiatur locis: & loci communes, ex: se, in nullo rerum genere hominem faciant peritum. Inventio itaque non argumenta, sed inventi argumenti rationem docet. Hanc notitiam is sibi parabit qui non modè audiendo, aut differendo bonis artibus operam dabit, sed etiam qui in bonorum scriptorum lectione versando, varias sententias, pronuntiata, definitiones, similia, dissimilia, & denique omnia præclarè dicta, ad aliquid demonstrandum, & amplificandum accommodata excepit, & in suo pen-
nu reposuerit. Hæc ille. Nos autem excerpti methodum alibi (*Perfecti Latini 1. parte, lib. 2.*
cap. 8.) dedimus.





DE RHETORICA

FACULTATI.

L I B E R II.

DE DISPOSITIONE.

Inventis iam rebus, quibus persuadendi, & permovendi sunt Auditores, de earum collocatione agemus. Nam in sua quæque res Orationis parte disponi debet. Sunt autem partes Orationis quatuor: 1. *Exordium.* 2. *Narratio.* 3. *Confirmatio,* & 4. *Peroratio:* quarum 2. & 3. ad rem docendam; 1. & 4. ad permovendos animos valent.

CAP. I.

DE EXORDIO.



XORDIVM est prima Orationis pars, animum Auditoris idoneè disponens ad reliquum Orationis. Id verò maximè fit, si Auditor reddatur Benevolus, Docilis, & Attentus.

Benevolus reddetur Auditor. 1. Si illum, vel res suas, circa adulacionis fucum commendabis. 2. Si tua in eum merita, vel officia, circa arrogantium exhibueris. 3. Si in adversarios invidiam, seu odium concitabis. 4. Si tuæ Orationis argumentum laudando extuleris; vel aduersa-

versariorum per contemptum depresso-
ris.

*Docilis fiet auditor; si argumenti epitomen breviter,
& aperte exposueris, per Definitionem, vel Divisio-
nem, vel Propositionem.*

*Attentus Auditor reddetur: si polliceatis magna, neces-
saria, utilia, nova, iusitata; seu quæ ad Rempub. ad
eos qui audiunt, ad Religionem attinebunt; si rogabis,
ut attentè audiant.*

¶ Causarum, sive Orationum genera, pro qua-
rum varietate variandum est Exordium, quinque
sunt.

1. *HONESTVM*, seu de re honestâ, ac sanctâ, quod
per se animum conciliat Auditoris; nisi is in vitio oc-
caluerit, tunc enim *Insinuatione* opus erit.

2. *HVMILE*, seu de re vili, vel quæ ab Auditore
negligitur; in quo attentum facere debemus.

3. *DVBIVM*, vel anceps; seu cum argumentum
Orationis dubiæ fuerit honestatis. V. g. *Defendere pa-
trem homicidam*: quia pium est, *defendere patrem*; im-
pium, *defendere homicidam*: hic attentum faciemus Ju-
dicem.

4. *OBSCVRVM*, seu de rebus captu difficultibus, vel
parum notis: in quo reddemus docilem.

5. *ADMIRABILE*, vel *Exoticum*, seu de re quæ est
vel præter, vel contra hominum opinionem. V. g. *Bea-
tos esse pauperes*. Hic non sufficit aperta benevolentia
postulatio, sed insuper requiritur *INSINVATIO*, quæ
quidem est *Obliqua*, vel *flexa*, & latens circuitio, ac ver-
borum ambages, & quasi sinus, quo in animum Auditoris,
nihil minus tunc cogitantis, irrepimus. Quod fieri solet,
ante argumenti expositionem præmittendo rationem
firmam, cuius vi tota illa Auditorum admiratio cor-
ruat, prius quam appareat.

Consilium ergo ex Orationum argumentis sumetur: si his laborabimus; exordium à personâ sumetur; si laborabimus personâ, sumetur ab orationis argumen-

to.

Adde vtendum esse **INSINATIONE**, quoties adversiorum Oratio auditorum animos præoccupavit, vel si dicendum sit apud fatigatos. Quorum alterum promittendo nostras probationes, & contrarias evertendo, vitabimus: alterum spe brevitatis, & ijs rebus, quibus attentionem conciliari diximus. Urbanitas etiam oportunè animos recreat.

¶ EXORDIA debent esse. 1. Accurata, & acuta. 2. Aptâ verbis, & instructâ sententijs. 3. Rei, qua de agitur, convenientia. 4. Ex ijs locis petenda sunt, qui valeant ad lenitè alliciendum, & incitandum auditorem.

¶ EXORDIA VERO VITIOSA sunt
1. *Vulgare*, quod in plures Orationes accommodari potest.

2. *Commune*, quod in contrarij argumenti Orationem potest convenire.

3. *Commutabile*, quod leviter mutatum potest ab adversario pro contraria parte dici.

4. *Longum*, quod nimis prolixum est.

5. *Separatum*, quod ab ipso Orationis argumento non sumitur.

6. *Translatum*, quod Benevolentiam, v.g. conciliat, cùm Attentio, seu Docilitas requiratur.

7. *Irregulare*, in quo Exordiorum præcepta traditta non servantur.

¶ In Genere Exornativo, ex Aristotelis sententiâ, Exordia maximè sunt libera. Si quando tamen adhibebebuntur, vel ornatus, vel necessitatis causa; gen mea esse

esse debent, & omnis Eloquentiæ floribus aspersa.

In Genere Deliberativo, aut nulla erunt, aut brevia; quoniam auditör sponte suâ paratus est ad audiendum. Commodè tamen Exordia adhibebuntur. 1. Ornamenti, & dignitatis ergò; ne temerè occipere videatur Oratio. 2. Si res, de qua deliberatur, non satis capiatur ab Auditoribus. 3. Cùm vltò ad dicendum venimus, non rogati. 4. Cùm aliquid obtinere volumus, de coquē certamus cum alijs, dicendo.

In Genere Judiciali, Ex ipsis Causæ visceribus sumi debet Exordium, conciliando Judicem, non solum laude, sed laudem ad utilitatem causæ conjungendo. Nec semper Exordio vtendum, ut in causis honestis, parvis, atque frequentibus: sed ab ipsa re ordiendum.

C A P. II.

D E NARRATIONE.

NARRATIO, est, rerum in negotio, de quo agitur, gestarum explicatio. Oportet eam quatuor habere virtutēs; nempe esse. 1. Brevem. 2. Perspicuam. 3. Verisimilem. 4. Jucundam.

Brevis erit, 1. Si constet simplicibus verbis. 2. Si semel vnaquaque res dicatur. 3. Si ea solum referantur, quæ ad rem utilia fuerint. Ita tamen, ut brevitas non sit inornata, & inculta.

Perspicua, seu *clara* erit. 1. Si visitatis verbis vtamur. 2. Si temporum ordo servetur. 3. Si non interruptè narrabimus.

Veroſimilis erit. 1. Si ea, quæ narrantur, personis, locis, & rebus convenient. 2. Si eventi cuiuspiam causa ponetur. 3. Si narrata testimonijs comprobentur. 4. Si ea, hominum opinioni, auctoritati, legi, moribus, aut Religioni congruant. 5. Si narrator notæ sit probitatis & fidei.

Fucunda & suavis erit. 1. Si verbis utaris elegantibus, nitidis, lectis, sonantibus, ipsique rei, quæ narratur, maximè congruis. 2. Si admirationes, expectationes, exitus inopinatos, colloqui personarum narratio- ni interseras. 3. Si motus animorum, dolores, ira- cundias, metus, lætitias, cupiditaces inter narrandum pones.

¶ *In Genere Exhortativo*, Narratio nulla Exordium consequi necessariò debet; nisi ea, quæ incidit, cum aliquid eius, de quo loquimur, laudandum est. In *Concionibus* autem sàpè est necessaria Narratio, cum Partitione sive Propositione conjuncta, quæ ordinem rei doceat.

In Genere Deliberativo, nulla Narratio necessaria esse videtur; cum nemo ignoret id, de quo confusat. Nisi. 1. Cùm, rebus iterum recensitis, facilius sint movendi Auditores ad aggrediendum. 2. Cùm non satis callent cotius controv. siæ initium, difficultatem, magnitudinem.

In Genere Judiciali, si nota res est, nec dubitatur, quid gestum sit, Narratio prætermittenda est. Item, si adversarius narravit, nisi sit refellendus. 1. quod aliquid minus fideliter expresserit. 2. quod aliquid omiserit, quod tibi favere posuit.

CAP. III.

DE CONFIRMATIONE, & CONFUTATIONE.

CONFIRMATIO, seu CONTENTIO, est præcipua pars Orationis, in qua argumenta nostra proponimus, & statim illius; atque contraria confutamus, ac refellimus. Vtrumque autem ut aptè fiat, cognoscendus est Controver- siæ, sive Orationis Status.

STATVS est *Quæstio*, quæ ex prima causâgum, seu Or-

Orationum oppositione nascitur. V. g. Accusator dicit [Milo occidit Clodium] Defensor contraria [Milo non occidit Clodium] Ex quarum pugnâ oritur hæc Quæstio [An Milo occiderit, necne, Clodium?] & hæc appellatur Status quod in cā tota Controversia stat, & consistit.

Status est triplex. 1. CONJECTURALIS, in quo quæritur, An res sit? V. g. An Catilina conjuraverit?

2. NOMINIS, vel Definitionis, vbi quæritur, Quid res sit, & quo nomine afficienda? V. g. An Caesar Tyrannus fuerit, an Rex?

3. QUALITATIS, vbi inquiritur, Qualis res sit? V. g. An Clodius jure fuerit interemptus?

RATIO dicitur, id, quod affertur à reo ad depellendum crimen, quod in illum conferunt. FIRMAMENTVM appellant, id, quod ab accusatore ad probandum crimen affertur. Ex Rationis autem, & Firmamenti oppositione, vel pugnâ, oritur alia Quæstio, quæ JUDICATIO appellatur; quod eius decisio stat penes Judicem.

Status, seu Quæstiones tractantur per Argumenta è Locis Oratorijs petita: quæ ita sunt in Oratione collocanda, ut firmissima in principio ponantur, mediocria in medio, excellentia in fine, inutilia nullibi. Argumenta verò in Oratione per Argumentationes exponuntur.

ARGUMENTATIO est fusior Argumenti, artifitiosaque explicatio. Conficiturque, cùm è Locis primo libro dictis, res certe, aut probabiles assumuntur.

CERTAS putantur, 1. Quæ corporis sensibus percipiuntur. 2. Quæ communi omnium opinione comprobantur. 3. Quæ legibus cauta, & meritis recepta sunt. 4. Quæ iam probata sunt, & ab adversarijs concessa.

PROBABILIA censemur. 1. Ea, quæ, ferè semper accidunt. V.g. *Liberos à Parentibus amari.* 2. Quæ speciem aliquam veritatis habent. 3. Quæ propè certa sunt. V.g. *Eum, qui benè valet, in crastinum esse perveniturum.*

Argumentationis species septem sunt.

I. SYLLOGISMVS, seu Ratiocinatio; est Argumentatio omnium perfectissima, tribus constans partibus. 1. Est *Propositio*, in qua locus communis ponitur, vnde vis tota Ratiocinationis emanat. 2. *Assumptio*, in qua id, quod in quæstione est, ex Propositione assumitur. 3. *Complexio*, in qua ex præmissis veritas intenta concluditur. V.g. *Prop. Omne bonum est expetendum. Assumpt. Eloquentia est bona. Compl. Ergo Eloquentia est expetenda.* Alij quinque partibus constare volunt, adiungentes Propositioni, & Assumptioni Probationem.

Ad satietatem vitandam, non idem semper est ordo servandus, sed varijs interdum modis mutari oportet: non semper à Propositione ordiendo. Potest autem variari sextupliciter. V.g.

1. P. *Omne bonum est expetendum. A. sed Eloquentia est bona. C. ergo Eloquentia est expetenda.*

2. P. *Omne bonum est expetendum. C. ergo Eloquentia est expetenda. A. nam est bona.*

3. A. *Eloquentia est bona. P. Et omne bonum est expetendum. C. ergo est expetenda Eloquentia.*

4. A. *Eloquentia est bona. C. ergo expetenda. P. cum omne bonum sit expetendum.*

5. C. *Eloquentia est expetenda. P. nam omne bonum est expetendum. A. & Eloquentia bona est.*

6. C. *Eloquentia expetenda est. A. cum sit bona. P. & omne bonum sit expetendum.*

1. P. ————— A. ————— C.
2. P. ————— C. ————— A.
3. A. ————— P. ————— C.
4. A. ————— C. ————— P.
5. C. ————— P. ————— A.
6. C. ————— A. ————— P.

II. ENTHYMEMA est pars Syllogismi , vel Syllogismus imperfectus , carens nimirum Propositione , vel Assumptione . V.g.

1. P. Omne bonum est expetendum. C. Ergo Eloquentia est expetenda.

2. A. Eloquentia est bona. C. Ergo expetenda.

III. INDUCTIO est argumentatio , qua ex multis comparationibus aliquid de quadam alia re colligimus . V.g. Quis optimus arborum fructus , nisi qui suavis simus? Quod Astrorum primum , nisi quod clarissimum? Quænam summa pulchritudo , nisi que lineamentorum perfectio ordine constat ? Ergo virtutum prestantissima erit Prudenteria , cuius , inter cætera , & fructus suavissimi , & fulgor eximius , & ordo perfectus .

IV. EXEMPLVM est Inductio imperfecta , in qua ab uno simili argumentamur ad aliud . V.g. Deus pepercit Magdalena pœnitentiam agenti: Ergo & tibi parcer , si resipiscas.

V. EPICHEREMA est breviter comprehensus Syllogismus , quippè cuius partes vñā cæteris æquivalente complectitur . V.g. Sine causa Dominum servus accuset? Equivalet enim huic Syllogismo . P. Servus Dominum accusare non debet . A. Hic Antonij servus est . C. Cur igitur eum accusat?

VI. SORITES est generalis Argumentatio multas particulares acervatim convolvens , per quas ad Complexionem venit , velut per gradus quosdam . V.g. Quod

est bonum est expetendum; quod expetendum, approbandum;
quod approbandum, laudabile: ergo quod est bonum, est
laudabile.

VII. DILEMMA est Ratiocinatio imperfecta, quæ
 ducitur à duabus partibus cōtrarijs, quarum vtramlibet
 concedat adversarius, reprehenditur. V.g. si implacabi-
 les sunt iracundie, summa est acerbitas: si autem exorabili,
 summa levitas.

Curandum est Oratori ne Argumentationum tur-
 bâ sit conferta Oratio; sed jucundâ quadam varietate
 distincta, ac diversis verborum, & sententiarum figuris
 exornata:

¶ CONFUTATIO est altera pars Confirmationis, in
 qua adversariorum dicta cōsolvuntur. 1. Totum, quod
 sumptum est, negando: Vel 2. dicendo sumpta esse du-
 bia pro certis, parva pro magnis, falsa pro veris: Vel 3.
 demonstrando ex allatis ab adversario non effici quod
 ille vult concludere: Vel 4. singula eius dicta ordine
 infirmando.

C A P. IV.

DE PERORATIONE.

PERORATIO est ultima pars Orationis, ubi quod tota
 Oratione contendebamus, vehementius obtinere nitimur.
 Constat duabus præcipuis partibus, 1. Amplificatione,
 & 2. Enumeratione, seu Epilogo.

AMPLIFICATIO benè fit in Peroratione. 1. Si moveat
 se prius ipse Orator, quām alios moveat. 2. Si ea ritè
 observentur, quæ de Amplificatione superiùs diximus.

ENUMERATIO fit, 1. Benè vtendo *Anacephaleosi*, seu
Recapitulatione, quæ est rerum fusè dictarum brevis sum-
 ma, & artificiosa repetitio. 2. Ventosam memoriam
 ostentationem serio, ac subtiliter declinando.

¶ In Generis Exornativo, motus cibet Orator, non
 vco

vehementes, sed qui ad imitationem, & honestā quamdam virtutis æmulationem leniter impellant: qui-que in eum, quem commendamus, benevolentiam, amo-remque concilient. *Qui vituperat*, indignationem, ira-cundiam, pudorem, ignominiam excitet, ut in Auditio-rum animis turpitudinis odium insideat.

In Genere Deliberativo, post Epilogum, movendi sunt Auditores Vel 1. ad Desiderium boni, quod quæritur. Vel 2. ad Spem illud facilè obtainendi. Vel 3. ad Amo-rem bonitatis, utilitatis, pulchritudinis, ob oculos posi-tæ, &c. *In Diffuassione*; res impeditæ, difficiles, molestæ, terribiles proponendæ, quibus metus, terror, odium, desperatio, concitentur.

In Genere Judiciali, excitandi sunt motus Iræ, Indig-nationis, Odij; vel contrà, Conquestionis, Miserationis, Lenitatis: frequenterque adhibenda Hypotiposes, Apo-strophes, Descriptiones, Prosopopœiæ, &c. de quibus sequenti libro dicemus.

¶ Solent interdum non verbis tantùm, sed etiam factis affectus moveri. Sic reos squalidos, promissâ bar-bâ, & humili ueste solebant antiqui producere. Sic M. Antonius discidit Aquilij uestem. Sic cruentâ Cæsaris togâ in foro propositâ, accensi sunt popularium animi adversus coniuratos.

C A P. V.

S P E C I E S , I N V E N T I O , & D I S P O S I T I O .

Orationum Generis Exornativi.

§. I.

P A N E G Y R I C V S .

P A N E G Y R I C V S est Oratio, qua uniuersam persona vi-tam celebramus.

Exor-

EXORDIVM ab re qualibet insigne institui potest, quæ ad reliquam Orationem aditum patefaciat. V.g. A loco, tempore, vel personâ perorantis.

PROPOSITIO aliquid admirabile, ac ponè incredibile, insolitum, novum, ingeniosum, argutum, de quo daturus sis, dilucide proponet. Idque vel 1. à *Contrarijs*, seu *Antithetis*. V.g. Celebre illud *AMPLIUS*, & *SATRUM* Xaverianum. Vel 2. à *R pugnantibus*. V.g. Borgiam humilitate editius elevatum. Vel 3. à *Comparatione* vnius cum alio. V.g. Stanislai Kostkæ cum Stanislao Episcopo, & Martyre. Vel vnius secum V.g. Augustini profani rhetoris cum Augustino Ecclesiæ Doctore. Vel 4. à *Symbolis*, emblematis, inscriptionibus, alijsve non aliquorum proprijs. V.g. S. Ignatium de Loiola a sollemni illius stemmate: *A D M A I O R E M D E I G L O R I A M*. Vel 5. à *Genere*, & *Forma*, seu *Idea*. V.g. Aloysii Gonzagam Scholastici Jesuitæ fuisse Exemplar absolutissimum. Vel 6. à *Nominis* *tymologia*. V.g. S. Laurentium ab importatâ Martyrij Laurea, quam illi nomine portenderat.

NARRATIO, institui potest. *Vel 1.* In vnum, vel plura capita orationem totam conferendo. V.g. Carolum V. absolutum fuisse Imperatoris Christiani typum: primò scilicet virtutes recensebis, quibus ille splendescere debat: secundo ostendes, exemplis ab eius vita petitis, Carolum his omnibus enituuisse. *Vel 2.* Ordine temporum servato, pertam cius, quem laudas, viri vitam percurrento; à natalibus ad funus, si iam è vivis decelerit. *Vel 3.* Ex varijs, quibus excelluit, virtutibus, vnam vel alteram feligendo. V.g. S. Ferdinandi Regis Hispaniarum Religionis afferendæ, & propagandæ zelum. Reliquas autem virtutes per *Præteritionem*, vel *Concessione* attingere fas erit.

CONFIRMATIO, tota in Factorum Amplificatione versatur, augendo videlicet, & illustrando ea, quæ narramus, Adjunctis varijs, & Figurarum ornamentis.

PERORATIO per epilogum fieri potest sententijs distinctum, quibus Auditores ad imitationem leniter impellas. Alij ad preces, & vota, pro illius, qui laudatur, incolumitate, convertuntur. Alij in officij amorisque perpetui pollicitatione conquisescunt. Tu, quæ aptiora, pro rei, quæ de agitur, naturâ, videbuntur, usurpa.

§. II.

ORATIO NUPITALIS, seu EPITHALAMIVM.

ORATIO NUPITALIS, seu EPITHALAMIVM, est, qua Nuptias celebrare solemus.

EXORDIVM causas adducet, cur ad dicendum accesseris, quales esse solent amicitia, vel affinitas cum Spōforum alterutro, superioris iussio, tui ratio muneris id postulantis, gaudij communio & testificatio, &c.

PARTITIO triplex caput continere poterit: conjugium, conjuges, & felicitatem è nuptijs exspectandam.

CONFIRMATIO, 1. Laudabit Conjugium ab eius sanctitate, utilitate, & necessitate: quippe quod est à Deo Opt. Max. institutum; & naturæ rerum apprimè consentaneum; & viventium cœtui propagando, & per quoddam immortalitatis simulacrum conservando, vnicè opportunum. 2. Laudabit Conjuges à comparatione, similitudineque bonorum, generis, morum, ætatis, formæ, &c. vt alter alteri destinatus à Deo esse videatur. 3. Vaticinium instituet de prole suscipiendâ, multâ, excellenti, fœcundâ, longævâ: nempe talem futuram esse dices, quales parentes; idque exemplis confir-

sernabis. Fingere hic congruum erit liberos coram pa-
gentibus lusitantes balbutientes, cantillantes; adulio-
res autem maiora, atque majora animo concipientes.

PERORATIO, veta fundet, quibus à Deo, superisque
fausta omnia sponsis compreceris. Claudi etiam potest
Oratio per gratulatoriam Apostrophen ad sponorum
confanguineos vel affines, ad amicos, ad urbem, vel ad
domum ubi nuptiae celebrantur: vel ad Sponsos, eos ad
mutuum amorem cohortando, &c.

§. III.

GENETHLIACVM.

GENETHLIACVM, vel GENETHLIACVS, est Orati-
qua Natalis, vel Illustrium Virorum diem celebramus.

EXORDIVM sumi potest vel 1. Ab ingentis significa-
tione latitiae, qua Natus excipitur: idque per Apostro-
phen, vel Exclamationem. Vel 2. A sacrificijs, preci-
bus, votis publicis pro obtinendâ prole, ante Nativita-
tem exhibitis. Vel 3. A Gratulatione ad parentes, Pa-
triam, Regnum, de nato filio, cive, gentili, &c. Vel 4.
Ab antiquorum Ritibus in natalitijs observari solitis.
Vel 5. Ab exemplo veteri, vel scito sapientis dicto.

CONFIRMATIO fieri solet ab Adiunctis, quæ nativita-
tem præcedunt, comitantur, vel subsequuntur.

Prædictionia nativitatem, sunt. 1. Auguria, oracula,
sortilia, vel concursus rerum variarum in id tempus.
2. Prodigia, seu Portenta, si qua evenerunt, futuram
Nati claritatem prædicentia, 3. Preces, & vota pro fu-
isciendâ prole nuncupata.

Comitantia nativitatem, sunt. 1. Tempus: ubi consi-
deratur annus, mensis, dies, hora, & siquid in his no-
tatu dignum occurrat. Item an die illâ Festum celebre-
tur, & cuius Divi; &c. 2. Locus: ubi spectatus natio, ci-

vitas, domus, cubile, in quo natus est. 3. Persona Parentum, & Prolis. In Parentibus observa genus, virtutes, naturæ dotes: an diu steriles fuerint, an secus: an ægræ matet, an sine labore peperit, an pariens perierit, &c. In Prole vide, an sit primogenita, an non; mas, an femina; integra, an mutila: dederitne signa futuræ indolis: aut siquid mirabile in ejus ortu notatum.

Consequentia nativitatem sunt. 1. Publicæ lætitiae signa: acclamations videlicet, & gratulationes populorum. 2. Lætitiae causæ memorandæ sunt, quibus parentes, & amici gaudere possunt: hac nempe prole familiam fulciri; Majorum gloriam propagari; optatam cunctis per posteros nominis æternitatem præverâ, &c. 3. Omina, & auguria fient de infantis felicitate, ex specie corporis habitu, majorum virtutibus, futura educatione.

PERORATIO vota contineat, & appreicationes, ut hæc omnia impleantur, quæ spe sunt concepta: vel parentibus, patriæ, &c. gratuletur.

¶ Fit interdum GENETHLIACVM in eius natalem, qui ætate jam est proiectior. In hoc vero contextando: 1. Consideratur natalitiorum Tempus. 2. Locus. 3. Laus personæ. 4. Ostenditur respondisse felicibus augurijs, omnibus, & votis, quibus nativitas eius conspicua fuerit, & illustris habita. 5. Optabimus, ut sœpè hunc natalem celebrare contingat; vtque lætior, lætiorque semper recessat; illiusque ortu ita gaudeamus, ut nunquam audire velimus interitum.

§. IV.

ORATIO LVSTRICA.

ORATIO LVSTRICA ea est, qua haberi solet die Lupercalia, conenique, quo primum Infanti nomen imponitur: Vel qua habetur cum alicui Nomen mutatur, seu Agnomen honoris causa inditur.

Exor-

EXORDIVM duc vel 1. à communi imponendorum Nōminum loco , vel ritu. Vel 2. à circumstantiā loci, temporis, seu personæ. Vel 3. à rebus gestis, quibus hoc iste sibi Nōmen compararit.

CONFIRMATIO 1. Nominis aperiet etymon , splendorem, dignitatem. 2. Herōas referet, olim eo Nōmine insignitos, & quas illis ob causas fuerit impositum : neque absimiles, immo verò maiores (si licebit) in hoc vel Infante, vel Viro reperi , statuet. 3. Id Nōmen cum illustribus alijs comparabit, eorumque laudes continue ostendet. 4. Scrutetur , an omnes id virtutes significacione complectatur , aut omnium maximam aut omnia comprehendat quæ omnibus inesse possunt.

PERORATIO votis, faustis appreciationibus, & gratulationibus concludetur; aut etiam adhortationibus, nō egregijs operibus tanti Nominis gloriam sustineat, sueaturque.

§. V.

EPINICIVM.

EPINICIVM est Oratio , qua de felici quapiam evenitu vel nova flicitate alicui gratulamur.

EXORDIVM institui potest vel 1. à rei obtentæ amplificatione graviore. Vel 2. à circumstantijs. Vel 3. à lētitiā publicā. Vel 4. ab ipsā melioris fortunæ mutatione, & incremento.

CONFIRMATIO Boni illius exaggérabit magnitudinem, ut iusta lētitia causa esse videatur. Merita etiam eius viri extolleret , quibus totum id bonum a quo jure debitum fuisse dices. A comparatione etiam boni illius, cum alijs bonis, vel viri illius cum alijs magni nominis viris, qui paria obtainuerunt ; item &c ab increpatione illorum, qui casu, precibus, largitione, prensatione, mu-

neribus in honores invadunt, multa suppetet dicendi
materies.

PERORATIO vota concipiet pro rei obtentæ diutu-
nitate, felicitate, gloriâ, incremento: monitionem de-
nique ut ille se Deo, Principiique largitori gratissimum
exhibeat.

§. VI.

P E T I T I O.

PETITIO est Oratio, qua rem alicius momenti, sive ~~et~~
debitam & justam, sive ut indebitam, vel à Deo vel
ab hominibus postulamus.

EXORDIVM, si res vel levis sit, vel meritis debeatur,
facile benevolentia, vel liberalitas excitabitur. Rei ve-
rò magnitudo, meritorum defectus, postulantis fortu-
na humilior, Insinuationem requirunt, quæ ab illius
laude sumetur, à quo beneficium expectatur; præsertim
à liberalitatij commendatione. Sin verò ille infenso ti-
bi sit animo, venia petetur precibus, animi demissionc,
culpæque confessione.

CONFIRMATIO 1. petitionem proponat, explicet,
exornet, prout res postulabit. 1. Tua merita modestè
recensem; vel, si nullum obtendere possis, totam spem
in eius liberalitatem referes. 3. Parentes, & utriunque
Maiores commendā; præsertim si necessitudine con-
iuncti fuerint. 4. Ostende rem esse honestam, piam, ju-
stam, illi facilem, tibi perutilem, imò necessariā. 5. Pre-
ces adhībe, & obtestationes, per res aut personas ipsas
gratissimas; motusque cie misericordiæ à tua ipsius indigentia.

PERORATIO animum, memorem, & pro-
pensum polliceatur. Totum te denique fiduci illius
consecra.

§. VII.

§. VII.

EVCHARISTICVM.

EVCHARISTICA Oratio est, quæ beneficiorum acceptorum grates aguntur.

EXORDIVM duci valet, Vel 1. pluribus beneficij magnitudinem exaggerendo, cui explicando ipse sis impar. Vel 2. ab eâ virtute, quæ maximè elucet incollato beneficio. Vel 3. à causâ, quæ ad gratias agendas te potissimum provocat. Hæc autem candidè, sincere, graviter, & citra assentationis, simulationisve speciem fiant.

CONFIRMATIO 1. Benefactorem laudet. 2. Beneficium exornet, & amplificet ab Adiunctis: *Quis? Quis? &c.* 3. Modum explicit, quo datum est beneficium, puta benevolentiam, dandi facilitatem, hilaritatem, celeritatem, prudentiam. Non à te pretio, aut opibus emptum, non ambitione, aut precibus impertratum, non labore partum; sed ulro datum, & amore dantis concessum. Hic candidatorum labores, solicitudinesque fusè describes. Si beneficium, mali alicuius sit averruncatio, ut morbi, exilio, æris alieni, &c. in malorum illorum gravitatem excurre, quò maius, & oportunius beneficium appareat.

PERORATIO memorem animum spondeat; idque omni vitæ tempore enixurum, ut beneficium in terebrè positum, & iure collocatum esse videatur.

§. VIII.

IN AVGVRATIO PRINCIPIS.

IN AVGVRATIO est Oratio, quæ haberi solet, cum in Regim quis, seu Imperatorem inungitur.

EXORDIVM totius Regni, vel Imperij publicam latitudinem

tiam, faustasque more maiorum acclamations refert: talem familiam feliciter imperare, divinitus ele-
ctam esse: auguria lætissima non frustra præcessisse,
adeoque non hæreditate solum accepisse Regnum, sed
etiam factis mereri.

CONFIRMATIO 1. Ejus viri virtutes commemoran-
do laudabit, quibus regium fastigium attigerit. 2. Eius
dignitatis celsitudinem, gloriāque celebrabit. 3. Ab
inaugurationis ritibus, & pompā plurimam dicendi se-
getem comparabit; à Sceptro, Coronā, Purpurā, &c.
4. Præcedentium illi Regum laudes perstringet, à qui-
bus benè gubernandi documenta petat. 5. Ab oris, to-
tiusque corporis ejus conformatione, optima quæque
de illo actutum speranda esse præsagies.

PERORATIO tota sit in votis, ac precibus, pro Regis
diutinā felicitate, & gloriā nunquam interiturā.

§. IX.

CREATIO DOCTORIS.

PARANYMPHÆA dicitur Oratio, qua sistuntur ini-
tiandi laurea Doctores.

EXORDIVM sumatur vel 1. à gratulatione ad virum
in Doctorum Collegium cooptandum. Vel 2. à publicâ
lætitia, & pompâ in eam rem apparatâ. Vel 5. à quavis
aliâ circumstantiâ.

CONFIRMATIO 1. In locum communem excurrat
de præmijs, quibus sudorem literarum munerari oportet,
quibusque doctorum hominum vigiliae foveantur.
2. Æquitatem Academiæ ipsius laudet, qua vtitur in
his honorum gradibus impertiendis. 3. Benè colloca-
tam eius viri in excolendo Facultate illâ ingenio suo
operam celebret, per quam dignitatis ejusmodi apicem
subire optimè sit meritus. 4. Doctoris munus aperiat, &

DE RHETORICA FACULTATE
exaggeret, qualibus debeat esse moribus, qua vigore so-
lertiâ, qua prudentiâ pollere; quos, quid, quando, cur,
quomodo teneatur erudire, &c.

PERORATIO per parænésin fiat, seu adhortationem
ad eum, qui mox initiandus erit, ut nunquam officio
non satisfaciat.

§. X.

INSTITUTIO MAGISTRATVS.

ACCLAMATIO appellari haud incongruè potest
ea Oratio, qua celebratur Magistratus retens in-
tutus.

EXORDIVM gaudij ostensionem ex eius institutione
Magistratûs præ se ferat, fiduciâmque significet, quam
de illo cives conceperint.

CONFIRMATIO in primis personam illius laudet, sed
ab ijs præsertim virtutibus, quibus eum, qui ad eiusmo-
di munus evehitur, prælucere oporteat, ut puta Pru-
dentiam, Vigilantiam, Integritatem, Constantiam, Cle-
mentiam, Æquitatem, &c. Deinde ad Regis, qui cum
Magistratum renuntiavit, laudes digredietur, per gra-
tiarum actionem; quod talem, ac tantum virum ad eam
Urbem, sive Provinciam transmittere voluerit: unde
potissimum Regis in illam amor eluceat. Tandem fau-
stissimè omnia ab illo Magistratu eventura civibus
pollicere; neque minorem eo tranquillitatis fructum,
quem ab optimis, qui huic præcesserunt, Magistratibus
collegunt, esse sensuros; cum non eorum virtutes,
sed persona dumtaxat mutata fuerit: cui par etiam ob-
sequium, atque fidem promittere à Civibus valebis.

PERORATIO præ illius moderatione ægrè suas lau-
des ferente, orationem abrumpet: votoque ad su-
peros concludat, ut omnia ista ex sententiâ feliciter
obtingant.

§. XI.

§. XI.

STEMMATVM PRAXIS.

SIC P. Pelleterio in Palat. Reg. Eloq. appellare lumbuit Orationem *qua virum quempiam ab Insignibus eius Gentilitijs celebramus.*

EXORDIVM sumi potest ab gloriæ , famæque cupidine, ad quam homines propendent , quæ haud solet esse exiguum rerum bene gerendarum incitamentum. Hinc statuas ortum duxisse, hinc triumphales fornices , hinc cætera contra temporis edacitate n monimenta.

CONFIRMATIO 1. illis omnibus præferet Gentilitia Insignia, quibus symbolicè, adeoque argutè, bene factorum memoria famaque continetur , continuaturque; quippe quæ sunt eximiæ virtutis, aut singularis excellentiæ symbolum , Scuto à Principe impressum, atque Nobilibus Familijs hæreditario jure ad posteros transmissum. 2. Descendat ad Insignia illa , quæ laudanda fuerint. In quibus discutiat Areæ materiam, seu colorem [viridem, rubeum, cœruleum, nigrum, purpureum] Metalla [seu aurum, &c argentum] Scuti figuram, [seu an sit Ancyle, vel scutum Ellipticum ; an Gerrum, vel Persicum , seu Rhomboides ; an Samniticum , sive Equestre; an Parma Argolica, sive rotundum ; an Delta Amazonum, &c.] Areæ sectionem, [vbi an bipartita ad perpendicularum, an transversim , an obliquè dextrosus vel sinistrorsus, an in crucem, an in decussim, an in decussim & perpendicularum, an in decussione & crucem, an aliter] Picturam [vt puta Castellum , Leonem , Lilium, Arbutum , &c.] Ornamenta Scutum comitari solita; [nempe Galeam, ejus materiam, aperturam, situm, crista: Plumeas , bracteatasque clypearum appendices, seu phaleras: Coronam seu Imperatoriam, seu Regiam,

seu Ducalem, &c. Tiaram, pileum, galerum, &c. Equestris ordinis Torquem circum Scutum poni solitum: Atlantes, seu Telamones: Augustalem vmbellam, & cortinas: Clamorem bellicum: Lemma symbolicum, & siqua insunt alia. Ex his omnibus docce id eminere præcateris Stemma, quod celebras: res item gestas, quibus Stemmati occasio data fuit pluribus exaggerata.

PERORATIO vel per gratulationem institui valet; vel per hortationem, ad similia sive maiora promerenda.

§. XII.

NUNCUPATIO.

NUNCUPATIO nihil differt ab epistolâ DIVICITORIA, quam superius suo loco consule.

§. XIII.

PROSPHONEMA.

PROSPHONEMA, seu Allocutio est Oratio, qua inter pres urbem Principes, aut summos Magistratus, breviter, compèt, & officiè salutamus.

EXORDIUM ducetur vel ab omnium æstatum, ordinumque expectatione mirabili; vel ab incredibili vivendi Principis desiderio; vel ab omnium exultatione, qua primum de adventu illius nuntium exceperunt.

CONFIRMATIO 1. veniendi causam, ut puta Regis amorem, seu providétiam exaggerabit laudibus. 2. Lætitiae urbanæ magnitudinem inde conceptam exponet, eamque totam in Regis virtutes referet, quas pro natâ occasione, breviter tamen, exornabit. 3. Urbis gratitudinem perpetuam, amoremque & observantiam mutuam erga Regem pollicebitur.

PERORATIO illum tutelaribus Dijs, atque præsidibus comit. edet; faustas appreciationes, & populorū affectus adjiciuntur.

adjiciat; idque tandem obsecret, ut Princeps urbem si bi addictissimam amare perget, & (si fieri possit) saepius invisat.

¶ Quando Legatus, Prorex, Magistratusve salutatur, 1. laudabitur Rex ipse, quod talem, ac tantum legaverit virum. 2. Virtutes huius praedicabuntur. 3. Ut demandatum sibi munus à Rege obeat sapienter, ut solet, hortandus erit.

S. XIV.

APOBATERIVM.

APOBATERIVM est Oratio, quam abeuntes ab urbe; seu ab amicis, habemus.

EXORDIVM non leve n. doloris significatione m. testabitur, quod ab ijs divellaris, quibus valde familiariter usus fueras.

CONFIRMATIO amicorum, & populi, à quo discedis, pietatem, humanitatem, fidem, &c. commendabit. Excuses etiam in urbis ipsius laudes, quō magis tui causam doloris ex absentiā signifiques.

PERORATIO beneficiorum à te isthic acceptorum memorem te semper fore pollicebitur.

S. XV.

PROEMPTICVM.

PROEMPTICVM est Oratio, qua discedentes a nobis, vel ab urbe, prosequimur.

EXORDIVM ab indignatione petatur in fortunam paulò duriorem, quippè te immerentem amicissimi cōsuetudine privat; quod vel ab animantibus, & volucribus moleste fertur.

CONFIRMATIO per amicam reprehensionem amicum incepit; quod illum neque familiarium fides, neque popularium humanitas, neque urbis amoenitas,

situs, cœlum, &c. neque alia (quæ tutem ex cogitare potes) valeant retinere. Fidem eius implora, qui, nunquam à te discedere, promiserit. Futuram tuam infelicitatem, & orbitatem, eo absente, deplorabis. Aureo seculo in videbis, quo in natali quisque solo consensibat. Itineris pericula, atque labores exaggera; tandemque (cùm non aliud reliquum sit) spe reversionis animum refice.

PERORATIO id exoret, ut nostri memoriam absens non exuat: votisque ultimis optima discedenti cuncta comprecabitur.

¶ Quod si vel tu, vel alius lætiori occasione discedat, ut Legationis obeundæ causâ, vel ut exercitiū præsideat; moderatiū agendum est, & potius gratulationibus, plausibusque viri ejus videntur.

§. XVI.

EPIBATERIVM.

EPIBATERIVM est Oratio, quæ haberi solet amico, ut Principi redeunti.

EXORDIVM grates reddat superis, quod in colummam illum reddiderint. Vel desiderium exprimat, quo eius videndi tenebantur omnes. Vel à circumstantiâ ordiatur aptiore; ut si Sol eâ die, solito serenior illuxerit, &c.

CONFIRMATIO viri eius laudes attingat, quibus justissimus de absentiâ præteritus dolor noster appareat. Quod si Reip. causâ abfuerit, ea quæ optimè gesserit placidiū celebrabit. Exponet etiam istius reversionis commoda, & adventum gratulabitur.

PERORATIO virum hortabitur, ut diu cum suis lætetur, & maneat: orabitque cœlites, ut moram eius suscipiant in patriâ, luctusque severos arceant.

§. XVII.

§. XVII.

LEGATIO.

LEGATIO, seu *Oratio*, quam Legatus habere debet ad obeundam Legationem; secundum materiam, qua de ager, spectabit vel ad *Petitionem*, vel ad *Gratulationem*, vel ad aliam speciem ex superius positis, vel ex inferius ponendis. Quamobrem nihil est hic nobis immorandum.

§. XVIII.

ORATIO FVNEBRIS.

ORATIO FVNEBRIS est, ea, que in laudem hominis demortui haberi solet.

EXORDIVM plerumque est abruptum, duciique solet
 1. Ab Exclamatione: dicendo de brevitate vitæ, de mutatione fortunæ, de calamitatibus quæ multæ hominibus impendent, &c. 2. A querelâ indignationis plenâ in ipsam mortem, quæ hominem tam omnibus charum nobis eripuerit. 3. Deplorando spes fluxas, & inanes mortalium, humanarumque rerum vicissitudinem, & fallaciam. 4. Ab aliquo discursu de mortis certitudine, aut de incertitudine temporis mortis, aut de varietate, aut de potentia, &c. 5. Dicendo, ferreum eum fore, qui mortuum tales non defleat. 6. Acerbius invehendo in id, quod mortis causa extitit. 7. Describendo dignitatem, & potentiam mortui, & ex eâ occasione, erumpendo in querelas, commiserationem, indignationem, &c. 8. Declarando quis dolor ex morte sequutus sit. 9. Ordiendo ab aliquo ritu, exemplo, aut effato veterum conveniente huic argumento. 10. A lugubri ipso exequiarum apparatu. 11. Optando lætiorem occasionem, in qua affectum tuum, & obsequia defuncto ostendere velles. 12. Laudando amicos adstantes à constan-

tiā amicitiæ. 13. Dubitando, quid facturus sis, stupore,
ac dolore percitus: silere ne præster, an loqui? flere, an
lætari? cibere lachrymas, an consolari? 14. Ab excusa-
tione quadam, quasi non audeas vulneris memoriam
refricare & afflicctæ domûs speciem, squalorēmque fa-
miliæ describere. 15. A gravi quopiam apophthegma-
te, præsertim si dolorem lenire velis, potius, quām ex-
acerbare. 16. A circumstatijs quibusdam, sonnijs, osten-
tis, prodigijs, mortis illius prænuntijs, &c.

CONFIRMATIO, institui potest 1. Laudando defun-
ctum à Nobilitate Majorum, à factis Parentum, à me-
ritis, & benè gestis erga Patriam, Ecclesiam, alios: id-
que omne ad excitandum dolorem referes: quò enim
clarioribus ille fuit ornatus virtutibus, eò jauctura eius
acerbior est; ideoque cavendum **maxime**, ut nihil adfe-
ras, quod lætitiam creare possit.

2 Dicendo nihil esse, quod tantum virum in vita
diutiùs retinere posset: coque temporis mortuum, quò
in vita nil il amplius, ac inlustrius assequi liceret; & sic
per eius honores, quasi per gradus procedes. In primis
autem specta genus mortis, ut si pro patriâ pugnans
occubuerit.

3 Docendo, quas personas, quām sapienter, &
egregiè defunctus sustinuerit, in hac fugientis vita
Concediā: n odd illum produces ut strenuum militem
pro Patriâ, aut Religione dimicantem; modò ut politi-
cum Magistrum, omni morali prudentiâ consilioque
pollentem; modò veluti Principem, aut Regem sapien-
tissimè subditos moderantem, &c.

¶ In Oratione id genus, affectus graviores domi-
nari solent, ut sunt Angor, Dolor, Commiseratio, &c.
Quapropter frequentes adhibebis Apostrophes, Epi-
phonemata, Exclamationes, Descriptiones, &c. Et sàpè

in querelas excurses de spei fallaciâ , de inconstantia
vitæ; de Amicorum, & Patriæ, vel etiam Ecclesiæ , aue-
Regni totius squalore, & afflictione, si modò vir singu-
laris occubuerit.

PERORATIO 1. Vota in demortuum complectetur,
quibus illi felicitatem , & apud posteros memoriam
precaberis æternam. 2. Consanguineos , Affines, Ami-
cos consolaberis, à Dei voluntate, à communi morien-
di necessitate, à recte actâ vitâ, à præclaris in Remp. &
Ecclesiam meritis, à memoriâ sequuturâ, à posterorum
felicitate; ab aliorum exemplo, qui suorum obitum pa-
tienter pertulerunt; à Sapientum dictis , ab Amicorum
constantia, &c. 3. Ad æmulationem virtutum cohorta-
bere , quorum ille monumenta reliquerit illustria. 4.
Concludere valebis per Apostrophen , vel ad Consan-
guineos defuncti [laudando, quod talem virum in suo
Genere habuerint] vel ad hospites, & amicos [excitando
eos ad mortis terrorem, & considerationem] vel ad
defunctum [gratulando illi æternam Patriam , & pe-
rennem ex benè factis apud posteros famam] vel ad
Familiam , Patriam , Religionem , Templi , Xeno-
dochia , Filios , Conjugem [excitando ad fletum,
quod talem virum amiserint] vel valedicendo de-
functo , adstantium nomine ; aut illius nomine , ad-
stantibus : vel introducendo ipsum defunctum valedi-
centem.

¶ Cùm Oratio fiet *Anniversaria* , & cùm multò
post obitum habebitur , vix ab *Encomio* , seu *Panegyrico*
differet : quapropter tunc est à Consolatione su-
percedendum ; quæ vix non erit importuna , quan-
do longinquitas temporis dolorem jam omnem ab-
sterserit.

§. XIX.

APOTHEOSIS.

APOTHEOSIS, seu CONSECRATIO, est Oratio, quæ haberi consuevit, cum quis in Sanctorum album adserbitur.

EXORDIVM desumi potest vel à solemní celebratio-
nis pompa, splendidoque apparatu: vel à gaudio Gen-
tis communii; vel à ritibus profanis, quibus antiqui-
tus viri perillustres in Herōas, seu Semideos consecra-
ti solebant; idque per Correctionem, &c.

CONFIRMATIO 1. Videat quid sit haec nova Ecclesie
consecratio, & unde manarit, causaque expendat, cur
hominibus divini honores decernantur. 2. Descendat
ad hypothesin, eiusque Viri laudationem instituat, qua
consecrationis eius dignissimus esse videatur.

PERRORATIO aut excurrat in gloriam, qua Divus ille
fruitur, aut ad imitationem excitet Auditores; aut sibi,
suisque patrocinium eius exposcat.

¶ Potest & Apotheosis appellari Templi Consecra-
tio: item Laudatio Divi cuiuscumque; præsertim cum
per totam eius fermè vitam, & gloriam excurritur.

CAP. VI.

SPECIES GENERIS DELIBERATIVI.

EAE sunt Suassio, Diffuassio, Consultatio, Hortatio, Dehortatio, Commonitio, Commendatio, Incitatio, Conciliatio, & Consolatio. Harum autem omnium Inventio, & Artificios parum, seu nihil differt ab inventione Deliberati-
vi Generis, quam superiore libro dedimus; sive ab Epistolarum formis, & artificio sub eisdem titulis supra ex-
plicatorum. Quippè quæ ibi desiderantur CONSULTA-
TIO, & INCITATIO, in eo solùm consistunt, quod prima
est

est Oratio, qua quis in virorum cætu, suffragium, sive sentiam suam exponit; secunda vero, est, qua multos ad aggrediendum aliquid vehementer impellimus. Quapropter hæc ad HORTATORIAM, illa ad SVASSORIAM reduci possunt,

CAP. VII.

SPECIES GENERIS JUDICIALIS.

Et sunt Accusatio, Apologia, Invectiva, Obiurgatio, Expostulatio, Exprobatio, Comminatio, & Deprecatio. Pro quibus etiam contexendis Materies, & Ars cum ab Epistolis, tum præterea ab Inventione Generis Judicialis mutuari possunt. Propterea quod APOLOGIA à DEFENSIONE non differt; COMMINATIO autem in eo posita esse videtur, ut per timoris incussionem à peragenda re aliquem arceamus: adeoque vel cum Epistola DEHORTATORIA congruit, vel cum PROHIBENTE.

CAP. VIII.

PARADIGMATVM INDEX

Pro Epistolis, & Orationibus omne genus per Imitationem elaborandis, ex Optimis Auctoribus decerpitus, & alphabetico ordine digestus.

ACCUSATORIA Epistola.

Cit. Epist. Familiar. lib. 8. ep. 13. lib. 11. ep. 3.

ACCUSATIO.

Ciceronis in Verrem libri vii. In Catilinam Orationes iv. Orationes in Vatinium, & in Pisonem. In M. Antonium Philippicæ xiv. Vide Obiurgatio.

APOBATERIVM.

Declamatio, quam habuisse dicitur ad Quirites Ciceronem antè, quam iret in exsilium.

APROLOGIA.

Ciceronis Orationes pro Quintio, Q. Roseio, Sexto Roseio, Fontejo, Cæcinâ, Cluentio, Rabirio, Flacco, Sullâ, Archia, Plancio, Sextio, Cœlio, Balbo, Milone, Rabirio posthumo, Ligario, & Dejotaro. T. Liv. lib. 70. Orat. De...etrij Perseo fratri respondentis.

APOTHEOSIS.

Palarium Eloquentie, Exercitatione viii punto xxii.
P. Franc. Remondi S. I. Orat. de S. Carolo Barromæo.
P. Tarquini Galutij S. I. tom. 2. Orat. 8. & 11.

COMMENDATIO.

Cic. Epist. Famil. lib. 1. epist. 3. lib. 2. epist. 6. & 14.
Lib. 6. epist. 9. lib. 7. epist. 5. & 21. Lib. 9. epist. 13. lib.
21. epist. 16. 17. 22. 23. lib. 12. epist. 6. 12. 21. 26. 27. 29.
~~lib.~~ 13. epist. 1. & ejusdem lib. i fermè reliquæ. Lib. 15.
epist. 10. & 14. Lib. epist. ad Brut. epist. 6. & 7.

COMMINATIO.

Vide *Dihortatio*.

CONCILIATIO.

Cic. Epist. Famil. lib. 5. ep. 4. & 9. T. Liv. lib. 28.
Orat. P. Cornelij Scipionis in Q. Fab. Maximum. *Corn.*
Tacit. lib. 18. Orat. Pisonis ad Cohortes. *Ælij Lam-*
prid. in Diadumeno. Orat. Mactini. *Angelij Politiani* lib.
9. epist. 1.

CONSOLATIO.

Cic. Epist. Famil. lib. 2. epist. 2. lib. 4. epist. 3. 5. 13. lib.
3. epist. 13. 16. 17. 18. & ultim. Lib. 6. epist. 1. 2. 3. 4. 5.
6. 11. 14. 15. 21. 22. Lib. Epist. ad Brut. epist. 8. *Casparis*
Barbei Orat. 14. & 15.

CONSULTATIO.

Cic. Orationes pro Lege Maniliâ, & Agrariâ, de
Provinc. Consularibus, de Aruspicum responsis. *Eume-*
nij Orat. pro Restaur. Scholis. T. Liv. lib. 28. Orat. Q.
Fabij

Fabij Max. & P. Scipionis. Et lib. 34. Orat. M. Catonis,
& L. Valerij. Sallust. de Conjurat. Catil. Orat. C. Cesari-
tis in Senatu. P. Petri Io. Perpiniani S.I. Orationes 6. 10.
11. 12. 13. 14. 15. 17. 18. P. Farniani Stradæ S.I. Prolusio-
nes Academicæ.

DEDICATIO.

Cic. Praefationes ad plurimos suorum opertum libri os:
& paſſim apud bonos Auctores, quorum opera sunt
typis excusa.

DEFENSIO.

Cic. Epist. Famil. lib. 3. ep. 7. 8. lib. 5. ep. 2. lib. 11. ep.
27. 28.

Vide *Apologia*.

DEHORTATIO.

T. Liv. lib. 23. Orat. Pacuvij Calavij. Et lib. 30. Orat.
P. Scipionis ad Masinissam. Iosephi Ricciij Concio nes
multæ militares, & senatoriae.

DEPRECATIO.

T. Liv. lib. 1. Orat. Horatij pro filio. Et lib. 6. Orat.
Tusculanorum in Senatu.

DISPUTATORIA Epistola.

Cic. Epist. Famil. lib. 7. ep. 22. Lib. 9. ep. 22. C. Pliniij
Secundi Junioris lib. 1. ep. 20. Lib. 4. ep. vlt.

DISSVASSIO.

Cic. Epist. Famil. lib. 2. ep. 3. lib. 7. ep. 20. lib. 8. ep. 5.
lib. 10. ep. 20. 25. & 26. T. Liv. lib. 7. Orat. Appij Claudij
ad plebem. Et lib. 26. Orat. Vibij Virij ad Campinos.
Fam. Stradæ Dec. 1. lib. 9. Orat. Octavij Gonzagæ ad
Jo. Austriacum. Et lib. 10. Orat. Alex. Farnesij in Sena-
tu. P. Dionysij Petavij Orat. 19. Iosephi Ricciij Concio nes
plurimæ.

EPIBATERIUM.

Cic. Orat. post redditum in Senatu.

T. *Liv.* lib. 42. Orat. Persei ad suos. Franc. *Rugerij* De-
clamations 10. 40. 42. 44. Vide *Gratulatio*.

EPITHALAMIVM.

Vide *Nuptialis Oratio*.

EVCHARISTICVM.

Cic. Orat. pro M. Marcello. *Eumenij* Gratiarum
actio Constantino. Cl. *Mamertini* Iuliano. Vide *Grati-*
iarum actio.

EXCVSATIO.

Cornel. Tac. lib. 4. Orat. Cremutij ad Senatum. *C. Plinij*
lib. 9 ep. 2. *Cic.* Epist. Famil. lib. 1. ep. 9. lib. 3. ep. 8. lib.
5. ep. 3. lib. 6. ep. 2. 7. 11. lib. 8. ep. 1. lib. 9. ep. 2. & 26.
lib. 10. ep. 2. 23. 31. lib. 11. ep. 5. 13. 28. lib. 14. ep. 2. &
6. lib. 15. ep. 5. & 18.

EXPOSTVLATIO.

Cic. Epist. Famil. lib. 3. ep. 6. lib. 5. ep. 1. 5. 7. lib. 7. ep.
9. 27. lib. 11. ep. 13. lib. 16. ep. 26. *C. Plinij* lib. 1. ep. 11.
lib. 2. ep. 2. *T. Liv.* lib. 4. Orat. Canulci ad pop. Vide *Ob-*
urgatoria.

EXPROBRATIO.

Cic. Epist. Famil. lib. 5. ep. 5. Vide *Obiurgatoria*.

EXPVRGATIO.

Cic. Epist. Famil. lib. 1. ep. 9. lib. 2. ep. 10. & 13. Lib. 5.
ep. 6. 7. 8. 10. Lib. 5. ep. 2. 7. 20. Lib. 6. ep. 11. & 23. Lib.
7. ep. 27. Lib. 10. ep. 17. 23. 31. & vlt. Lib. 11. ep. 5. 13.
27. 28. Lib. 12. ep. 18. & 30. Lib. 14. ep. 2. Lib. 15.
ep. 5. & 28.

FLEBILIS EPISTOLA.

Vide *Lachrymosa*.

FUNEBRIS ORATIO.

P. Iu. Perpinianii. Orat. 5. *Dionys. Petav.* Orat. 4. *P. Tarr-*
*quinii Galusij S. I. tom. 1. Orationes 12. 13. 14. Franc. *Ri-*Ri-*

mondi Orationes 1. 2. 9. Erycij Puseani Lipsiorum nema.
Franc. Regerij Declamationes 16. 17. 18.

GENETHLIA CVM.

P. Virgilij Mar. Ecloga iv. Claudiij Mamertini Genethl.
Maximiani. Franc. Remondi Orat. 4. Franc. Regerij De-
clam. 35.

GRATIARVM ACTIO.

Cic. Epist. Famil. lib. 3. ep. 5. & 13. Lib. 10. ep. 4. 11.
24. Lib. 13. ep. 18. & 27. Lib. 25. ep. 11. Orat. post re-
ditum ad Quirites, &c. in Senatu. Vide Encharisti-
cum.

GRATVLLATIO.

Cic. Epist. Famil. lib. 2. ep. 5. 7. 9. Lib. 3. ep. 9. 11. 12.
Lib. 5. ep. 12. & 13. Lib. 13. ep. 73. Lib. 15. ep. 7. 8. 9.
12. 16. Vide Epinicium.

HORTATIO.

Cic. Epist. Famil. lib. 2. ep. 1. 4. 12. 18. Lib. 4. ep. vlt.
Lib. 6. ep. vlt. Lib. 7. ep. 6. Lib. 9. ep. 14. Lib. 10. ep. 5. 5.
12. 13. 19. 20. Lib. 11. ep. 5. 7. 15. Lib. 12. ep. 1. & 24.
Lib. 16. cap. 22. T. Liv. lib. 3. Orat. T. Q. Capitolini ad
P. Rom. lib. 5. Orat. Camilli ad Ardeates, & ad milites.
Lib. 7. Orat. M. Valerij Corvini ad milites. Lib. 22.
Orat. M. Minutij Ruffi ad milites. Lib. 40. Orat. Q. Cæ-
cilij Metelli ad M. Lepidum, & M. Fulvium. Iosephi Rie-
gij Conciones plurimæ.

IMPERANS Epistola.

Trajanij epistolæ aliquot ad C. Plinium, apud eundem.

IMPERATORIA Epistola.

C. Plinius in aliquot epistolis ad Trajanum. Vide Pe-
tio.

IN AVGVRATIO.

Franc. Regerij Declam. 15.

INCITATIO.

*Cornel. Taciti lib. 1. Annal. Orat. Percenij ad milites.
Vide Hortatio, & Suasio.*

INDICATIVA Epistola.

Vide Narratoria.

INSTITVTO Magistratus.

Franc. Regerij Declam. 43.

INVECTIVA.

Tasmani Strada Dec. 1. lib. 5. Orat. Margaritæ in factorum hostes. Lib. 8. Orat. militum in Avilam. Targ. Galutij tom. 2. Orat. 15. Franc. Regerij Declam. 5. Vide Accusatoria, & Obiurgatio.

JOCOSA Epistola.

Cic. Epist. Famil. lib. 1. ep. vlt. Lib. 7. ep. 6. 7. 8. &c alijs ad Trebatium ibidem. Lib. 9. epist. 16. & reliquis ad Pætum ibidem. Lib. 11. epist. 25. Lib. 12. epist. 20. Lib. 15. epist. 16.

JOCOSA Oratio.

Casp. Barlae Oratio de Ente rationis, & Oratio de Re, & Jani Dousæ Laus Umbræ. Claudiij Pontosi Orationes xi funebres festivæ. Io. Passeratij. Laus Asinii. Andr. Salernitanij Bellum Gram naticū. Cælij Calcagnini Encomium pulicis. M. Ant. Majoragij Encomium Luti. Dan. Heinsij Laus Pediculi. Franc. Scribanij Musæ Principiss. Jul. Cæl. Scalig. Encomium Anseri.

LACHRYMOSA Epistola.

Cic. Epist. Famil. lib. 4. ep. 6. & 12. lib. 5. ep. 15. lib. 9. ep. 11. lib. 14. ep. 12. 3. lib. 16. ep. 12. C. Plinij lib. 1. ep. 12. lib. 3. ep. 7. & 21. lib. 5. ep. 16. lib. 8. ep. 23.

LAMENTATIO.

Vide Lachrymosa.

LAVDATIO.

Cic. Epist. Famil. lib. 9. epist. 6. & 14. lib. 12. epist. 5. &

13. C. Plini lib. 1. ep. 10. & 16. lib. 2. epist. 1. & 3. lib. 3.
 epist. 1. & 16. lib. 6. epist. 21. lib. 9. ep. 9. Flav. Vopiscus in
 Aureliano, Orat. A. Taciti ad Senatum. Et in Probo,
 Orat. Manlij Statiani ad Senatum.

LEGATIO.

T. Liv. lib. 7. Orat. Legatorū Campanorū ad Senatū,
 lib. 28. Orat. Legator. Saguntin. ad Senat. Rom. lib. 29.
 Orat. Legator. Locrēs. ad Sen. Rom. Dionys. Petavij Or.

18.

LUSTRICA Oratio.

Palat. Eloq. Exercitat. viii. puncto vii.

MIXTA Epistola.

Cic. Epist. Famil. lib. 2. ep. 1. 13. 15. 16. 17. lib. 4. epist.
 4. & 14. lib. 5. epist. 5. & 13. lib. 6. epist. 11. 14. 19. 20.
 lib. 7. epist. 2. 7. 8. 18. 19. 32. 33. lib. 8. ep. 1. 4. 6. 8. 9. 10.
 13. 14. 15. lib. 9. epist. 3. 11. 15. 18. 24. lib. 10. ep. 7. 9.
 16. lib. 11. ep. 14. & 21. lib. 12. ep. 4. 5. 11. 14. 15. 17.
 23. 25. 28. lib. 13. ep. 76. lib. 14. ep. 16. lib. 15. ep. 17. &
 21. lib. 16. ep. 18. 19. 20. 22.

MONITIO.

Cic. Epist. Famil. lib. 6. ep. 21. lib. 11. ep. 9. lib. 7. ep. 8.
 lib. 9. ep. 8. lib. 14. ep. 18. C. Plini lib. 11. ep. 23. lib. 3.
 ep. 3. lib. 7. ep. 1. 9. 23. lib. 8. ep. vlt. T. Liv. lib. 22. Orat.
 Q. Fabij ad L. Paul. Æmil.

NARRATORIA Epistola.

Cic. Epist. Famil. lib. 1. epist. 2. & à 4. ad 9. lib. 2. ep.
 11. 15. & 16. lib. 3. epist. 1. 4. 5. 6. 9. lib. 4. epist. 1. 2. 11.
 12. lib. 5. epist. 6. 8. 10. 11. 21. lib. 6. epist. 2. 3. 15. 18. lib.
 7. ep. 1. 2. 3. 4. 7. 12. 13. 22. 23. 24. 26. 28. 30. lib. 8. ep. 2.
 3. 4. 7. 11. lib. 9. ep. 1. 3. 5. 6. 16. 21. lib. 10. ep. 7. 8. 9. 12.
 13. 14. 15. 16. 17. 18. 21. 22. 30. 32. 35. lib. 11. ep. 1. 8.
 21. 19. 24. lib. 12. ep. 7. 9. 10. 11. 15. 22. 23. 28. lib. 13.
 ep. 67. & 76. lib. 14. ep. 5. 7. 9. 11. 15. 22. 23. 24. lib. 15.
 ep. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 14. 15. 19. 20. lib. 16. ep. 1. 2. 3. 8. 9. 14.
 15. 21. 24.

N V N C I A T O R I A Epistola.

Vide Narratoria.

N U P T I A L I S Oratio.

C. Valer. Catullus in Nuptias Juliæ, & Manliæ: & de Nuptijs Pelei, & Thetidos. *Casp. Barlet* Orationes xvi. & xvii.

O B I V R G A T I O.

Cic. Epist. Famil. lib. 2. ep. 8. & 10. lib. 5. ep. 1. 2. 3. lib. 7. ep. 27. lib. 8. ep. 6. lib. 10. ep. 1. 25. 27. lib. 11. ep. 18. 21. lib. 16. ep. 17. & 26. Ovidij Epist. Medeæ ad Jasonem. Virgil. lib. 4. Æneid. Dido in Æneam, à v. 305. *T. Liv.* lib. 2. Orat. Veturiæ ad Coriolanum. *Corn. Tu.* lib. 1 Annal. in Orat. Germanici ad milites rebelles.

O F F I C I O S A Epistola.

Cic. Epist. Famil. lib. 5. ep. 8. lib. 6. ep. 10. lib. 10. ep. 2. & 19. *C. Pliniij* lib. 7. ep. 16.

P A N E G Y R I C A Oratio.

C. Pliniij Paneg. Trajano. *Claudij Mamertini*, Paneg. Maximiano. *Nazarij* Paneg. Constantino. *Eumenij* Paneg Constantino A. & Constantino Cæsari. *Latini Patati* Paneg. Theodosio. *Franc. Remond*. Panegyrici xxx. *Dionys Petav.* Orat. 5. *Franc. Rugerij* Declamat. xlvi.

P A R A N Y M P H A E A Oratio.

Palat. Eloq. Exercit. viii. punto xv. *Tarq. Galutij* tom. 2. Orat. 1. & 2. *Adami Centzen S. I.* lib. 4. Politicor. cap. 16.

P E T I T I O.

Cic. Epist. Famil. lib. 3. ep. 2. 3. lib. 5. ep. 4. 9. 10. 11. 12. lib. 6. ep. 16. 17. & 23. lib. 7. ep. 9. 19. 31 lib. 9. ep. 8. & 13. lib. 10. ep. 20. 21. 24. iib. 11. ep. 2. 4. 9. 26. lib. 15. ep. 12 & plures ex reliquis. Lib. 14. ep. 8. & 14. lib. 15. ep. 13. & 21. lib. 16. ep. 3. 11. 25. *T. Liv.* lib. 23. Orat. *Vatro-*

Varronis ad Campanos Legatos. Lib. 25. Orat. Syracusanorum ad Marcellum. Lib. 37. Orat. Euhenis ad Senatum.

P R O H I B E N S Epistola.

Trajani Epistolæ aliquot ad C. Plinium, apud cumdem.

P R O P E M P T I C V M.

Q. Horatij Flacci lib. 1. Carm. Ode III.

P R O S P H O N E M A.

Tarq. Gallutij tom. 1. Orationes xv. & xvi. Casp. Barla Oratio xiii.

S T E M M A T V M Praxis.

Franc. Rugerij Declam. xlix. Palatium Eloquentie, Exercit. 8. lect. 6. puncto 17.

S V A S S I O.


Cic. Epist. Famil. lib. 2. ep. 18. lib. 4. ep. 7. 8. 9. 10. lib. 5. ep. 19. lib. 7. ep. 11. lib. 8. ep. 16. lib. 9. ep. 1. 7. 9. 17. lib. 10. ep. 1. 6. 15. 24. lib. 11. ep. 24. & 27. lib. 12. ep. 5. lib. 14. ep. 10. 12. 20. 21. T. Liv. lib. 5, Orat. Camilli ad Ardeates, & ad milites: & Orat. Appij Claudij ad populum. Lib. 21. Orat. Alorchi ad Saguntinos. Fam. Stra de Dec. 1. lib. 9. Orat. Jo. Escobedi ad Jo. Austriacum. Dionys. Petavij Orat. 20. Josephi Riccij Conciones plurimæ.

V A L E D I C T I O.

Vide *Apobaterium.*

V I T V P E R A T I O.

Corn. Tac. lib. 11. Orat. Pisonis ad cohortes. T. Liv. lib. 27. Orat. M. Marcelli ad milites; & Minutij Ruffi ad milites. Lib. 28. Orat. P. Scipionis ad milites. Vide Accusatio. Invectiva. Observatio.



DE RHETORICA FACULTATE.

L I B R . III.

DE ELOCUTIONE, MÉMORIA, ET PRONVNTIATIONE.

C A P . I.

D E T R I P L I C I D I C E N D I S T Y L O.



Ria sunt Oratoris munera, 1. *Docere*. 2. *Delectare*. 3. *Movere*. *Docere* clarè: *Delectare* suaviter: *Movere* fortiter: quorum vnumquodque diversum dicendi genus desiderat. Vnde, *Stylus triplex* est. 1. *Imus*, qui in probando. 2. *Medius*, qui in delectando. 3. *Summus*, qui in permovendo versatur.

I m u s, id est, humilis & tenuis; purus, emendatus, subtilis, & acutus esse debet, crebrisque Sentetijs aspersus, sed Verborum ornamento parcè adhibito. Hoc genere sunt *Fistole*, *Commentarij*, *Elogie*, *Comœdie*, *Interpretationes*, *Narrationes* & *viores*; item *Partitiones*, *Definitiones*, *Interrogationes* *minutæ*, *Transitiones*, &c.

M E D I O, id est, temperato, & mediotri, omnia dicendi ornamenta conveniunt; Verborum & Sententiarum lumen; numerique pleni, ac multò crebriores, quam in vlo alio genere dicendi. Hoc genere scribuntur. *Histories*, *Georgica*, *Exordia*, & *Narrationes Generis Exornativi*, &c.

S V M

SVMVS, id est, copiosus, amplus, acer, & vehemens, postulat efficaciores figuras, Exclamations, Interrogationes, Ironias acerbas, Descriptiones, Prosopopætias, Characterismos, & similes. Hoc genere sunt Tragœdia, Poëmata heroica, atrox & invidiosa Narratio, Confirmationis, Confutatio, Peroratio acrior; cum adest confessus graviorum personarum, &c.

CAP. II.

VERBORVM DELECTVS.

IN Elocutione spectandum, 1. vt Latinè. 2. vt Planè, id est dilucidè. 3. vt Ornate. 4. vt Aptè dicatur.

Latinè, & planè dicere in Grammaticis edocentur pueri. Volenti autem aptè dicere; rerum, locorum, & personarum ratio habenda est. Ornatus verò dicendi 1. Rerum, ac Sententiarum sylvâ. 2. Verborum splendore, & copiâ comparatur. De Rebus lib. 1. diximus: de Sententijs infrà loquemur.

VERBA, quæ ad orationis ornatum conferunt, considerari possunt, vel 1. vt simplicia, vel 2. vt cum alijs connectuntur. De his in Collocatione agemus. Simplicia verba lectissima sunt; nempe Consonantiora, V.g. *Moderatio* potius, quam *Modestia*. Grandiora, id est, magis significantia, V.g. *Prostigatisimus*, quam *Malus*. Nitidiora, V.g. *Bos*, quam *Vacca*; quæ aurium judicio, & materia, quæ tractatur, ponderanda sunt.

¶ Vitanda sunt verba *Sordida*, *prisca*, *antiquata*, *poëtica*, *dura*, *turpia*, *peregrina*, *nova*: quorum alia periodum deturpant, alia obscurant, alia dehonestant.

Verba tamen novari possunt, ubi res nova occurrerit: cui siqua similis apud antiquos sit; ex eâ nomen sumatur. V.g. pro *Missa*, dicatur *Sacrū*: pro *Aqua benedicta* reponatur *Aqua Iustralis*; vel à Græcis deflexa nomina-

sumantur. V.g. *Cœnobium* pro *Conventu* dicatur. Novantur etiam 1. Rei similitudine. V.g. *Syl laturie* pro *Syllam imitatur*, vel *imitari studet*. 2. Inflexione. V.g. *Bibosus*, 2. *Bibo*, 3. Imitatione sonitus. V.g. *Tinnitus*, *Glangor*, *Bombarda*. 4. Verborum coniunctione. V.g. *Versutiloquus*, *Ignivomus*, *multisciens omniparens*. Quæ duriusculè facta videbuntur, præcautione munientur hoc modo: *Vt ita dicam; si licet dicere; si sic loqui fas est; pace vestra dicam, vel quodammodo, &c.*

TERVA denique, aut PROPRIA sunt, id est, quasi nata cum rebus ipsis, quas significant: aut vero TRANSLATA; idest, quæ à propriâ significatione in alienam cum virtute commutantur. V.g. *Læte seget s:* vbi *Letitia ab Homine*, ad quem propriè pertinet, ad *Segetes* per accommodationem quamdam transfertur.

CAP. III.

DE TROPIS.

TROPVS est *Translatorum verborum* (id est, cum significacionis translatione vel mutatione) *vsuratio*.

Tropi vulgò dicuntur esse undecim: Septem qui in uno verbo fieri possunt, 1. *M. taphora*, 2. *Synecdoche*, 3. *Metonymia*, 4. *Antonomasia*, 5. *Onomatopœja*, 6. *Catachresis*, 7. *Metaphysis*. Quatuor qui in pluribus fiunt verbis, 1. *Allegoria*, 2. *Periphrasis*, 3. *Hyperbaton*, 4. *Hyperbole*: quibus & addi solet, 5. *Ironia*. Veruntamen inter Tropos *Onomatopœja*, *Periphrasis*, & *Hyperbaton* falsè reponuntur: quippe in quibus nullam significacionis mutationem reperiiri necesse sit.

METAPHORA, est strictè sumpta *Translatio*, qua vox ab aliis, cui propria est, transfertur ad rem, cui non est propria. Idque seu 1. ob necessitatem, cum propria vox deest.

V.g.

V.g. *Geminata* vites; seu 2. ob majorem significandi vim.
 V.g. *Incensus* ira, pro *Commissus*; seu 3. ob decentiam cōgruentiorem. V.g. *Lumen Orationis*, pro *Ornatus*. Differt
 à Similitudine, quod hæc ponit dictionem, quæ vim ha-
 beat comparandi. V.g. *Homo iratus* s̄t si. ut Leo: illa rei,
 sum qua aliud comparatur, pro re ipsâ ponit. V.g. *Ho-
 mo iratus* est *Leo rugiens*, & *Lupus rapax*.

Est autem quadruplex 1. Cūm vox vni animali pro-
 pria, alteri animali accommodatur V.g. *Homo furax*, cūm
ira incaluit, latrat. 2. Cūm vni inanimato propria, alteri
 inanimato tribuitur. V.g. *Concentus virtutum*, statuis est
 3. Cūm rebus animatis voces inanimatarum propriæ
 dantur. V.g. *Scipiones*, duo illi belli fulmina. 4. Cūm ani-
 matarum propriæ dantur inanimatis. V.g. *Regina flo-
 rum rosa*.

In METAPHORA cavendum est, 1. Ne sit dissimilitudo
 nimia. V.g. *Cœli ingens fornices*. 2. Ne sit longè ducta
 similitudo. V.g. *Syrtis patrimonij*, pro *Scopulus*. 3. Ne sit
 humilis. V.g. *Saxea verruca*, pro *Rupes*. 4. Ne sit major,
 quam res postulat. V.g. *Puer ille in studijs ferrens*. 5. Ne
 sit minor. V.g. *Iracundie calor*, pro *ardor*. 6. Ne in oratione
 solutâ, s̄t poëtica. V.g. *Alis remigare*, pro *wolare*. 7.
 Ne sit iustò frequentior.

SINECDOCHE *Tropus* est, in quo pars pro *Toto*, aut *Totum*
 pro *Parte*, sumuntur. 1. Pars pro *toto*. V.g. *Tamen* pro
Damus. 2. *Vnus* pro *pluribus*. V.g. *Hostis habet muros*, pro
Hostes murum tenet. 3. Species pro *genere*. V.g. *Marmari-
 cus* *Leo*, pro *quovis* *Leone*. 4. Materia pro *re ex eâ facta*.
 V.g. *Ferrum* pro *Gladius*. 5. *Totum* pro *parte*. V.g. *Rapit
 sylvis* pro *Ligna è sylvis rapit*. 6. Plures pro *vno*. V.g. *Nos
 Consules* pro *Ego Consul*. 7. Genus pro *specie*. V.g. *Ales
 pro Aquila*.

METONYMIA, s̄en HYPOALLAGE *Tropus* est, in quo ex-
 K 4 se,

se, vel quasi cause, pro effectis, vel quasi effectis, aut vicissim, intelliguntur. 1. Causa pro effectu. V. g. Bacchus pro Vinum: Ceres pro Panis. 2. Auctor pro scriptis eius. V. g. Lego Platonem, pro Platonis opera. 3. Effectus pro causa. V. g. Mors pallida, pro faciens pallidos. 4. Id, quod continet, pro eo, quod continetur. V. g. Roma orbem domuit, pro Romani in ea contenti. 5. Contentum pro continente. V. g. Vna coronant, pro Pateras vino plenas. 6. Possessor pro re possessa. V. g. Apud Pompeium erat, pro in edito Pompei. 7. Signum pro re significata. V. g. Arma pro Bellum; Toga pro Pax: Fasces pro Magistratus.

Huc pertinent Antecedentia cum pro consequentiis assumuntur, V. g. Aspice aratra jugo referunt suspensa iuveni, pro Nox aduentat, seu pro Noctis ligno. Item Consequentia pro Antecedentibus. V. g. At qui umbras gerunt civili tempora queru, pro Qui civem ab hoste liberarunt, seu pro signo Victoriae.

ANTONOMASIA, seu PRONOMINATIO, est Tropus, in quo aliquid Nominis Proprij loco, vel Nomen Proprium loco aliquujus per excellentiam ponitur. V. g. Eversor Carthaginis, pro Scipio, qui Carthaginem evertit. Fit 1. Cum proprium nomen pro communi sumitur. V. g. Nero pro Cruelis: Cræsus pro Dives. 2. Cum commune in proprij locum sufficitur. V. g. Apostolus pro D. Paulus: Poëta pro Vergilius. 3. Cum proprium nomen pro nomine proprio sumitur. V. g. Poetarum Plato pro Homerus: Medicorum Tullius pro Cornelius Celsus. 4. Cum proprium mutatur in Patronymicum. V. g. Anchisiades pro Æneas: Cicropid s pro Atheniensis. 5. Cum proprium in patrium. V. g. Stagyrita pro Aristoteles: Arpinas pro Cicero. 6. Cum proprium in possessivum. V. g. Saturnia pro Juno: Cypri pro Venus.

¶ Si ANTONOMASIA addatur nomen proprium,
jam

jam non erit Antonomasia, sed EPITHETVM, seu Appositi-
um. V.g. Scipio Carthaginis eversor. Quod ut egregium
sit, ad rem aliquid addere debet. V.g. Vinum suavissimū.
Alioqui superfluet: V.g. Humidum vinum. Moderat̄
Epithetis vtendum est, pro quibus optima sunt verba
translata. V.g. Cupiditas effrenata. Tristis senectus.

ONOMATOPOEIA, est nova vocis confictio ob aliquam cum
re significata similitudinem. V.g. Rugire, Leonis. Tara-
tantara, Tubæ. Platonissare, seu imitari doctrinam, vel
mores Platonis. Bovinari, imitari mores Boūm. Bucco-
nes, ab ingente buccâ sic appellati, &c.

CATACHRESIS, est abusio, qua rei alicujus nomen sumi-
mus pro alio rem vicinam, seu similem significante. V.g.
Perlegerent oculis, pro circunspicerent. Parricida, pro eo
qui matrem interfecit.

METALEPSIS, sive TRANSSUMPTIO, est Tropus, in quo
vnus pro alio, ad cuius cognitionem quasi viam gradatim
sternit, accipitur. V.g. Post alias aristas mirabor mea re-
gnia: id est post aliquot annos: nam ex aristis spicas, ex spi-
cis segetes, ex his æstates, ex æstatibus annos cognosci-
mus. Oratoribus hoc Tropo vix vti licet.

ALLEGORIA, seu INVERSIO, est Tropus, in quo aliud di-
cimus, aliud significari volumus. V.g. Sevas cùm subiisse
tempesates, rerum omnium naufragium fecit. Id est: cùm
magna pericula passus esset, bona cunctia amisit. Dicitur Totæ
cùm voces omnes translatae sunt: Mixta, cùm translati
propriæ intermiscentur. Cùm valde obscura est, Æniga-
ma dicitur, Poëtis frequentius, quàm Oratoribus per-
missum.

PERIPHRASTIS, seu CIRCVMLOQUVTIO, est, in qua plu-
ribus verbis (sive illa propria, sive translata sint) dicitur id,
quod paucioribus dici poterat. V.g. Tempus erat, gelidum
quo primùm terra pruinata. Spargitur: pro Apposite luce.
Quod

Quod si minus idonea, aut nimis redundans fuerit, pessima, id est, superflua loquacitas, vocatur.

HYPERBATON, seu **TRANSGRESSIO**, est in qua pertinet, utitur rdo verborum. V. g. Quia de re, pro De qua re. Mecum pro Cū me. Omnis in accusatoris orationem pro omnem operationem accusatoris. Cū verba dividit, solis potest est relinquenda. V. g. Septem-subiecta-Trieni, pro Subiecta Septentrioni.

HYPERSOLE seu **SUPERLATIVO**, aut **EXCESSUS**, est **Tropus**, in quo (rem, de qua loqui nūr, augendo, vel minuendo) inserviamus id, quod r. s. scilicet per id, quod verum non est, si verba, non sensu, quo proficeruntur, sed ut iacent accipiātur. V. g. Augendo: Ex minis & ocyo alis, pro Generosissimus est Minuendo: Terrebit te sanguis folij volantii, pro Admolum es morticulus. Modus tamen in augendo, et minuendo adhiberi debet: et si enim omnis Hyperbole debet esse ultra fidem; non tamen debet esse ultra modum.

IRONIA, seu **ILLUSIO**, est **Tropus**, in quo aliquid dicimus, quod contrario sensu accipi volumus. V. g. Si dices [o pitem, & mit mae gratum animum!] de eo, qui hominem in se beneficium crudeliter trucidasset. Intelligitur vero, aut 1. ex pronuntiatione, vel gestu irrisione prese ferente; aut 2. ex persona vel rei natura, verbis, quae proferuntur, contrariâ.

C A P. IV.

DE FIGVRIS GENERATIM.

FIGVRA, Græcè **SCHEMMA**, est loquendi forma à communi sermonis consuetudine cum virtute recedens. Differt à Tropo, quod iste non nisi translatis verbis fieri potest. Figura & proprijs fieri potest, & translatis.

Figurarum, alias sunt Verborum, alias Sententiarum.

Figura Verborum, in eorum concinnitate consistit, adeoque mutatis verbis tollitur.

Figura Sententiarum in verborum consistit sensu; adeoque manet, quibuscumque verbis utaris; modo sensum eundem reddant.

Figuræ Verborum tribus modis sunt. 1. *Per Adiectiōnēm*. V.g. *Occidi, occidi non sp. Melium*: vbi secundum occidi, ad primum adjicitur. 2. *Per Detractionem*. V.g. *Abiit, excessit, erupit, evasit*: vbi conjunctiones detrahuntur. 3. *Per vocum Similitudinem*. V.g. *Cum gratia causa nihil facias, omnia tamen sunt grata quæ facis*: vbi variæ voces inter se similes ponuntur.

C A P. V.

FIGVRÆ PER ADIECTIONEM.

REPEITIONE, Græcè *ANAPHORA*, est Figura, in qua ab eādem dictione səpiùs incipit oratio. V.g. *Fecit iratus, fecit inimicus, fecit ultor injuria. Cic.*

CONVERSIO, Græcè *EPIPHORA*, vel *PISTROPHE* est Figura, per quam eādem dictione səpiùs finitur oratio. V.g. *Pænos Populus Rom. justitia vicit, armis vicit, liberalitate vicit. Cic.*

COMPLEXIO (quæ duas præcedentes complectitur) Græcè *SYMPLOCHE*, est cùm una vox in principio orationis səpiùs repetitur, & alia vox səpiùs in ejusdem orationis fine. V.g. *Quaris apud Turcas humanitatem? Abest. Quaris morum temperantiam? Abest. Quaris fidem? Abest. Quaris verum Dei cultum? Etiam abest.*

CONDYPLICATIO, Græcè *ANADIPLOYSIS*, & *PLOCHE*, est cùm idem verbum vel initio, vel fine, vel in ipso orationis decursu geminatur; leporis, & venustatis. vel efficaciam causâ. V.g. *Vivis, & vivis, non ad deponendam, sed ad confirmandam audaciam. † Multi illi fuerunt ad-*

doles: parentibus multi. † Dignitas erat penè par, non par
forasse vis. † Bona (misericordia mea) bona, inquam, omnia
perdidideram. † Me, me, adsum, qui fici, &c.

TRADUCTIONE, Græcè, POLYPTOTON, est cùm eadem
vox in diversis orationis locis repetitur; casibus tamen,
aut generibus, vel temporibus paululum immutatis.
V.g. Certus Locus, certa Lex, certum Tribunal. Cic. † Qua
didiicram, quibus me assuefecram, & quorum eram avidissi-
mos. Idem. † Alexandrum & celebravit antiquitas, & ce-
lebrant qui modo sunt homines, & tota posteritas cele-
brabit.

SYNONYMIA est multarum vocum idem significan-
tium coacervatio. V.g. Perge quò capistrare gredere aliquan-
do: ex urbe; patent portae: proficisciere. Cic. i. Catil.

POLYSYNDETON, est cùm multæ conjunctiones in eâ-
dem oratione congregantur. V.g. Senatus est summum
Populi Rom. populorumque, & gentium omnium, ac Regum
Consilium. Cic. † Teclumque, laremque.

GRADATIO, Græcè CLIMAX, est cùm ab uno ad
aliud sit progressio, aliqua repetendo eorum, quæ jam
dicta sunt. V. g. Africano virtutem industria, virtus glo-
ria, gloria emulos comparavit. Cic.

DISVNCTIO, Græcè DIACHORESIS, & DIAZEV-
XIS, est cùm quæ uno verbo concludi possent, eorum
enimquodque suo concluditur verbo. V. g. Homerum
Calophonij eum esse ait suum, Chij suum vendicant, Sa-
laminij repetunt, Smyrnai verò suum esse confirmant. Cic.

CAP. VI.

FIGVRÆ PER DETRACTIONEM.

DISSOLVITIO, Articulus, vel Congeries, Græcè ASYN-
DETTON, & DIALYTTON, est cùm plura, dem-
pissi conjunctionibus, dicuntur. V. g. Sit in eius tutela
Gallia,

Gallia, cuius virtutis, fidei, Religioni, felicitate commissa
data est. Cic.

ADIVNCIO, Græcè *EPIZEVXIS*, & *PROSTHESIS*,
est cùm ad vnum verbum sententiæ plures referuntur,
quarum ynaquæque egeret illo, si sola poneretur. V. g.
*Cedat forum castris, etiam militia, stylus gladio, umbra
soli.* Cic.

PRAECSIO, Græcè *ELLIPSIS*, est cùm vox aliqua in
oratione retinetur, sed ex alijs facilè intelligitur. V. g.
*Vix è domo discesserat, marre servi, lugere filij, con-
jux misera lamentari: facile sub intelligitur cœperant, vel
capit.*

SYNOECIOSIS aut *Commisio*, est, cùm duæ res diversæ
vnico verbo conjunguntur, subauditio eodem, vel
æquivalente, in eâ parte in qua non ponitur. V. g.
Tam deest avaro quod habet, quam quod non habet [supple-
i]psi deest.

CAP. VII.

FIGVRÆ PER VOCVM SIMILITUDINEM.

ANNOMINATIO, Græcè *PARONOMASIA*, est cùm
paululum immutata verba, novum tanten signi-
ficantia, in oratione reponuntur. Fit 1. Adjectione: V. g.
Lexit morte immortalitatem. 2. Detractione: V. g. *Leones
ut Leones vitare studebat.* 3. Cōmutatione: V. g. *Ex oratore
orator fatus* est. 4. Inversione: V. g. *Homini navo, an vno
credi oportuisset?* 5. Novâ ejusdem vocis significatione:
V. g. *Statim veniam ad te, si veniam à te impetravero.*

SIMILITER CADENS, Græcè *HOMOEOPTOTON*, est
cùm duæ, vel plures sententiæ, seu orationis membra,
similibus casibus vel inflexionibus efferuntur. V. g. *Quid
tam commune, quam spiritus vivis, terra mortuis, mare flu-
tiu[m]tibus, littus effectis?* Cic. Vel: *Hanc ego non diligam? nam
admirer? non omni ratione defendendu[m] patrem?* Idei-

SIMILITER DESINENS, Græcè *HOMOEOTELEUTON*, est cùm plures voces, vel sententiæ, vel orationis membra simili terminationis modo finiuntur. V.g. *Tam felix Imperator est, ut ei non modo cives assenserint, socij obt:mp:tarint, hostes obedierint; sed etiam venti, tempestatesque obsecundarint.* Hæc figura in quibusvis orationis partibus, illa in solis verbis, aut nominibus fieri potest.

COMPAR, Græcè *ISOCOLON*, est cùm orationis membra constant pari ferè numero syllabarum. V.g. *Tam difficile bellum Pompejus extrema hyeme apparavit, meunte vere suscepit, media estate confecit.* Cic.

CONTRAPOSITVM. vel *Contentio*, Græcè *ANTITHETON*, seu *ANTITHESIS*, est cùm voces vocibus oppositæ in oratione ponuntur. V.g. *Vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amititia* Cic.

COMMUTATIO, Græcè *EPANO DOS*, vel *ANTIMETATHESIS*, aut *ANTIMETABOLE*, est cùm duæ sententia inter se discrepantes ita efferuntur, vt à priori posterior contraria proficiscatur. V.g. *Non ut edam viuo, si ut vivamedo.* Cic. Vel: *Ita fiet è dominatu servitus, è servitute dominatus.*

Curandum est Oratori, 1. Ne Verborum figura sint nimis frequentes. 2. Ne eadem sapientius inculcetur. 3. Ne potior Verborū, quam Rerum cura adhibeatur. 4. Ut locis, temporibus, atque personis aptè cōgruant. 4-5. Ut in affectibus movendis parcè usurpentur: artificiosa quippe oratio, si se prodat, derogat affectibus fidem.

CAP. VIII.

FIGVRÆ SENTENTIARVM.

FIGVRÆ SENTENTIARVM est Orationis exornatio, quæ non in Verbis, sed in Rebus ipsis quamdam habet dignitatem, solita loquendi ratione maiorem.

INTERROGATIO, Græcè EROTEMA, & EROTESIS, est Figura, qua interrogat Orator, non ob simplicem sciendam causam, sed vel ob instantum, vel augendum, vel ob animi motus permovendos. V. g. *Quonsque tandem alutere, Catilina, patiuntia nostra?* Cic.

RESPONSIO, Græcè ANTICRISIS, est qua unum interroganti, aliud responderetur, quod utilius sit ad minuendum crimen, vel ad augendum. V. g. *An vapulavit?* Es innocens quidem? *An hominem occidit?* Latronem scilicet, & parricidam.

SUBIECTIO, Græcè ANTIPOPHORA, est cum Orator interrogat se ipsum, & responderet sibi; vel cum interrogans alium, non expectat eius responsum, sed aliud de suo addit. V. g. *An domus tibi deerat?* at habebas: *an pecunia?* at abundabas: *an arma?* at non ita pridem ad te missa fuerant. Vel: *Quis Virrem Praetorem appellat?* magistratus aliquis? nemo? Senator? ne id quidem: *Syracusanorum aliusquis? minimè?* quis igitur? Caius questor eius. O rem rurculam! &c. Cic.

OCCUPATIO, Græcè PROLEPSIS, & PROCATALEPSIS est, qua ea quæ ab adversario, vel ab alio objici possunt, prævenimus, & tacitis eius cogitationibus ultra respondemus. V. g. *Ne querere de animadversione parentis in filium:* illa quippe non tam poena, quam prohibitio sceleris fuit. Vel: *Siquis vestrum miratur, me cum hominem occasare;* id quod facio probabit: nam, &c.

CORRECTIONE, Græcè EPANORTHOSIS, est quæ verbum, vel sententiam retractat, & corrigit, ut aliquid significantius reponat. V. g. *O stultitiam!* stultitiam dicam, an imbutensiam? Vel: *Italiam ornare,* quam dominus suam maluit: quamquam Italia ornata, dominus ipsa mihi videntur oratione. Cic.

DVERITATIO, Græcè APORIA, & DIAPORESIS, est cum

cum hæremus, & unde incipiendum, vbi desinendum,
quid potissimum dicendum, vel agendum sit, ambigi-
mus, V.g. Quid primum querar? aut unde potissimum exor-
diar? aut quod, aut à quibus auxilium petam? Deorum im-
mortalium? Populine Romanis? Vestramne, Judices, fidem impli-
cam? Cic.

COMMUNICATIO, Græcè ANACÆNOSIS, est cum
causæ nostræ confidentes, aut ipsos adversarios consu-
limus, aut cum Judicibus quid faciendum sit, factumve
oportuerit, deliberamus. V.g. Tu, qui alterum accusas, se
assis eius loco, quid fecisses aliquid? Vos etiam, Judices, nonne talis
in re, ac tempore id ipsum egissetis, quod damnare modo velle
videmini?

PROSOPOPOEIA est, cum aliquem loqui fingimus,
eiusque vicem, vel personam agimus. V.g. Videre mihi
videor patrem ipsius cum eo ita colloquentem: Quid agis, fili?
esse impetum iuvenilis etatis; noli à majorum virtute defla-
tere, &c. Hoc genere induci loquentes possunt vel ipsi
mortui, quasi sursum evocati; vel absentes, tanquam es-
sent præsentes; vel res fictæ, & corporis aut etiam ta-
tionis expertes: ut Fama, Virtus, Voluptas, Angelus, C. Ce-
sar, &c. Cum autem unam, vel plures personas simul,
mutuoque colloquentes inducimus, SERMOCINATIO est, si-
ue Dialogismus.

APOETROPHÆ, est cum vel à Judice, vel ab Auditori-
bus, quos alloquimur, sermonem convertimus ad que-
piam, sive Deum, vel hominem, aut brutum; vivum, aut
mortuum; absentem, vel præsentem, aut etiam ad re-
inanimis, quas uti personas quasdam compellamus.
V.g. O Dij Immortales! vos enim hec audire cupio, &c. Vel:
Te nunc, Scipio, te, inquam, lectissimum adolescentem appello.
Vel: Testor ego vos, urbis huius Divi Praesides. Vel: Quid mo-
licbaris, improbe? &c. Vel: O Leges Porcia, itane contempta
saepe! &c.

HYPOTIPOSIS, seu *Descriptio*, est cùm res quæpiam sic verbis exprimitur, vt cerni potius, & coràm geri, quàm vel legi, vel audiri videatur. V.g. *Ipse inflammatus scelerat, ac furore in forum venit, genæ ignescebant, ardebat oculi, toto ex ore crudelitas emicabat.*

ETHOPOBIA est, cùm personæ alicujus mores exhibemus, vel sermonem imitamus. V.g. O *Dij boni*, L. *Calpurnius Piso* quàm teter incedebat! quàm truculentus! quàm terribilis aspectu! unum aliquem te ex barbatis illis, exemplum imperij veteris, imaginem antiquissimæ, columnæ Republicæ dices intueri. Cic. Vel: *Ms quidem, Judices, exanimant haec voces Milonis, quibus intersum quotidie: Valeant, inquit, valeant cives mei: sint incolumes, sint florentes, sint beati: sed haec urbs præclara, mibiique patriæ charissima, quoquomodo merita de me erit. Si mihi Rep. bona frui non licuerit, at carebo mala, &c.* Idem.

Cùm autem personam ita effingimus, vt non corporis modò lineamenta, sed animi quoque indolem, quasi sub aspectum ponimus; *Charakterissimus*, vel etiam *Iconismus* appellatur.

EMPHASIS est figura, qua Orator plus significat, quàm dicit. V.g. *Auditæ, Judices, quàm valde egerrim: fratrem rogavi.* Vel: *Matho lectica ipse plena uhebatur.* Intelligis fuisse crassissimum, qui lecticam totam implebat.

SUSTENTATIO, Græcè *PARADOXON*, est qua diù suspendimus auditorum animos, alia & alia recensentes, & rejicientes, donec tandem aliquid inexpectatum, quo^r quasi animo conditum servabamus, subjungimus, sive risu dignū, sive admiratione. V.g. *Quid dicide? quid consertis? furtum fecisse, aut prædam aliquam? inimici domum evertisse? expectate facinus quàm vultus improbum;*

vincam tamen expectationem omnium. Vrbem (prob scelus!) totam incendit, ut privatam vlcisceretur injuriam.

EXPOLITIO, sive *Commoratio*, Græcè **EXERG ASIA**, est cùm eadem sententia variè versatur, effertur, & expolitatur, quò efficacior, gratior, clarior auribus subjecitur. V.g. Tam eram rufis? tam ignarus rerum? tam expensis consilij, aut ingenij? nihil auditam? nihil videram? nihil ipse legendo, querendoque cognoveram? Nesciebam, &c. Cic.

INTERPRETATIO, Græcè **EPEXEGESIS**, est cùm dictum, aut factum alicuius, juxta sententiam & mentem nostram exponimus. V.g. *Superbum est*, dicere Prætorem in provincia homini honesto: *Vende mihi vas a calata*. Hoc est enim dicere: Non es dignus tu, qui habeas que tam beneficia sunt: mea dignitatis ista sunt. Tu dignior, Verres, quam Cælius? &c Cic.

AVXESIS, sive **INCREMENTVM**, est, cùm in sententiâ aliquâ, ea, quæ sequuntur, majus aliud addūt ad ea, quæ præcesserunt. V.g. *Facinus est vinciri civem Romanum; scelus verberari; propè parricidium necari; quid dicam, in crucem tollere?* Verbo satis dingo tam nefaria res explicari nullo modo potest. Cic.

PRAETERMISSIO, seu **Præteritio**, & **Reitentia**, Græcè **PARALEPSIS**, est cùm id maximè dicimus, quod nos aut præterire, aut nescire, aut dicere nolle singimus. V.g. *Nihil de Verris luxuria loquor, nihil de insolentia, nihil de singulari nequitia, ac turpiudine; tantum de questu, & lucro dicam* Cic. Quòd si recensitis argumentis, objugamus nosmet, quod multa nimis congeramus, vel austere nimis agamus cum imbecilli adversario, **Pænitentia** dicitur.

DIGRESSIO, Græcè **PARECBASIS**, est cùm laudis, vel vituperationis ergo à proposito declinamus, quòd illud post

postmodum resumendo) inde planius, & confirmatius appareat. V.g. *Cic. 2. Verrina*, ad Latonam, Delumque digreditur, hujusque Religionem exaggerat, quo acerbius posteà in Verris amentiam invehatur, fanum illud depopulari audentis.

LICENTIA, Græcè *PARRHESIA*, est cùm Orator ea, quæ gravia dictu sunt, aut periculosa, magnâ libertate distractum se profitetur. V. g. *Vide quām non formidem: quantum potero voce contendam, ut hoc Populus Rom. exaudiatur. Suscepto bello, Cæsar; gesto etiam magna ex parte, nulla vi coactus, iudicio meo, ac voluntate, ad ea arma profectus sum, que erant sumpta contra te.* Cic. Sin vero, cùm aliquid necessarium dictu, & insuave audientibus, aut odiosum nobis, dicturi sumus, id ipsum præmunitus; *Pramunitio* est.

CONCESSIO, Græcè *SYNCHORESIS*, est cùm aliquid, etiam iniquum, videmur pati, & adversario concedere causæ fiduciā: quod nimirū vel eā etiam parte concessā, nos superiores fore confidamus. V.g. *Sit fur, sit sacrilegus, sit flagitorum omnium vitiorumque Princeps; at est bonus Imperator, at felix, & ad dubia Reip. tempora reservandus.* Cic.

IRONIA, sive *ILLVSIO*, est cùm ea, quæ dicimus, accipi & sentiri volumus, cōtrā ac dicimus. V.g. *Cic. 6. in Verrem hominem crudelissimum. Virgis Verres cädaret sine causa socium Populi Rom. atque amicum?* Non usque cōd est improbus; non omnia in eo uno sunt vitia: nunquam fuit crudelis, leniter hominem clementerque accepit, &c. Differt ab Ironia, quām *Tropum* esse diximus, quod Tropus ille brevior sit, & apertior.

DISTRIBVTIO, Græcè *MERISMOS*, est cùm id, quod summatim dici poterat, in partes suas fusè distribuimus, quarum vnicuique aliquando ratio deinde sua

Subjungitur. V.g. *Quis tota Italia veneficus?* quis latro? quis parricida? quis adulter? quæ mulier infamis? quis perditus inveniri potest, qui se cum Catilina non familiarissem̄e vixisse fateatur? Cic. Vel: *Habet puer ille excusationem, vel pietatis, vel necessitatis, vel etatis.* Si voluit accusare, pietati tribuo: si iussus est; necessitatib; si speravit aliquid; pueritiae. Idem.

PERMISSIO, Græcè EPITROPE, est cùm litis bonitate freti, quædam (quibus nitimur præsertim) Judicibus, vel adversarijs æstimanda, ponderandaque permittimus, & statuendi facultatem largimur. V.g. *Sed ego iam, Judices, sumnum, ac legitimum mee cause jus omitto: vobis, quod æquissimum videatur, ut constituatis permitto:* non enim vereor, quin, etiam si novum sit vobis instituendum, libenter id, quod postulo, propter utilitatem communis constitutin sequamini.

APOSTOPEYSIS, seu INTERRUPTIO, est cū per loquutionis interruptionē affectus iræ, vel sollicitudinis ostenditur. V.g. *Tu istud nunc audes dicere; qui nuper alienæ domus: non ausim dicere, ne, cùm te digna dixerim, me indignum quidpiam dixisse videar.* Cic. Vel: *Quos ego: sed metos præstat eamponere flatus.* Virgil.

DEPRECATIO, seu Obsecratio, vel Obtestatio, Græcè DEFSIS; est cùm opem, vel testimonium Dei, vel hominis vehementer imploramus. V.g. *Hoc nos primū metu, C. Casar, per fidem, & constantiam, & clementiam tuam libera; ne residere in te ullans partem iracundia spicemur.* Cic.

OPTATIO, Græcè EVCHE, est desiderij cuiuspiam efficax significatio. V.g. *Vtinam virorum fortium tantam copiam haberemus, ut hac deliberatio vobis difficilis esset.* Cic.

COMMINATIO, Græcè APILE, est, cùm aliquem per fu-

futuri mali prædictionem admonemus. V.g. Erit, erit illud tempus, cùm tu & amicissimi benevolentiam, & forisissimū viri magnitudinem animi desideres Cic.

EXECRATIO, seu IMPRECATIO, Græcè KATARA, est, cùm male alicui precamur. V.g. Dij te pardant, fugitive; ita non modo nequam, & improbus; sed & fatuus, & amens es? Cic.

EPIPHONEMA, seu ACCLAMATIO, est cùm rei narratæ, seu probatae, velut pro coronide sub jicitur Sætætia gravis aliqua ex superius dictis expressa. V.g. Virgil. 1. Aeneid. postquam retulit labores, & pericula, quæ terrâ, mariquæ, ob iram Junonis, Aeneas pertulerat; ita concludit: Tanta molis erat Romanam condere gentem; quaii dicceret: Usque adeò difficile fuit Romanam condere. Vel: Magna non sine magno fiunt labore.

EXCLAMATIO, Græcè ECPHONESIS, est cùm vehementis signum doloris, lætitiae, vel alterius animi motus edimus, per hominis aut rei cuiuspiam compellationem, qua rei magnitudo effertur. V.g. O temporæ! mores! juvorum studia in dexterius defluunt quotidiè, & nemo est in tanta Reipublica infirmitate, qui medicinam adhibeat.

TRANSITIO, Græcè METABASIS, est quidam velut figurarum nexus, per quem ab vnâ Orationis parte ad aliam transimus. V.g. Sed nimis multa de nugis, ad majora veniamus. Cic. Vel: Quid his immoror? ad id, quod est huius cause caput, festinat oratio. Vel: Hac vetera; illud verò recens, Cesarem meo consilio imperfectum. Cic. Vel: Nam verò quis non videt, &c. Vel: Quò nos abruptus dolor? ad rem redeamus, &c.

Sunt & illa jucunda, quæ simplicem, & minus præparatam ostendunt orationem, & minus suspectam faciunt. Cùm nos dicti alicujus pœnitere singimus. V.g.

Sed quid ego ita gravem personam introduxi? 2. Cùm querimus quid vltius dicamus. V.g. *Quid reliquum est? nū quid omisi?* 3. Cùm aliqua veluti ignorare comminiscimur V.g. *Quis eius sceleris artifex fuit? invenire profecto mihi difficile est: sepè de illo diligenter quesivi.* 4. Cùm deponimus aliqua apud memoriam Auditorum, & post aliquod orationis intervallum eadem reposcimus.

CAP. IX.

DE VENUSTA PARTIVM ORATIONIS
Collocatione, & structura.

§. I.

VERBORVM ORDO.

1. **P**Erfecta Oratio plerumque ex casu recto, verbo, & casu obliquo componi solet. E quibus ut plurimum obliquum in principio, rectum in medio, verbum in fine collocabis. Ergò Grammaticus hoc ordine diceret: *Cæsar occupavit Civitatem munitissimam hostium.* Orator autem hoc fermè ordine disponet: *Munitissimam hostium Civitatem Cæsar occupavit.*

2. Sensum verbo potissimum clades, ut in exemplo nuper adducto vides: quod si asperum erit, adjectivo polysyllabo canore finietur. V.g. *Nemo illorum mibi inimicus fuit voluntarius.* Cic.

3. Si obliquus sit nominis negativi, eleganter in calce ponitur. V.g. *Cæsare fortunatorem vidi neminem.*

4. Dativus verbo proximè præcedat. V.g. *Quat tam regni partem Cæsar Dejotaro concessit:* vel etiam recto. V.g. *Dejotaro Cæsar concessit.*

5. Adjectivum substantivo præeat. V.g. *Incredibilis patientia.* † *Magnis periculis.* Nisi comparativum fuerit. V.g. *In causis gravioribus:* vel superlativum. V.g. *Speciebus vestris jucundissimus.*

6. Ad-

6. Adverbium dictioni præcedat, quam determinat. V.g. *Strenuè fortis.* † *Ardentissimè diligebat.*

7. Genitivus substantivum, à quo regitur, antecedat. V.g. *Honoris fastigium.* † *Illiis morte.* † *Literarum ornamentum.*

8. Si quod nomen adjectivum insigne habueris, id cum adverbio quidem elegantiū postpones. V.g. *Tullius Orator singularis.* Elegantiū sic: *Tullius Orator,* & quidem singularis. Idem de adverbio dicendum. V.g. *Filium diligebat,* & quidem ardentissimè.

9. Nominibus proprijs siquid ad laudem, aut virtuterationem addideris; id səpiùs antepones. V.g. *Carthaginis eversor Scipio.* † *Reip. hostis Catilina.*

10. Ablativus, qui vulgò *Absolutus* dicitur, aut ante verbum, aut statim initio orationis collocabitur. V.g. *Stulti, obversante memoria, torquentur.* Vel: *Rege Philippo, pax floret.*

11. Adiectivum à substantivo positione venustè se jungitur, interjectis alijs. V.g. *Magna Cæsar's equanimitas.* † *Ingentem hostibus terrorem incussit.* † *Multum profecto labore assumpsisti.* † *Hostes sua quidem majestati rebellis.* † *Quam ob causam.* † *Multis de Rebus [non autem Rebus de multis.] Illum autem diem,* &c.

12. Cognomen etiam à proprio nomine eleganter se junges. V.g. *Marcum verò Cethegum.* † *Alexander ille Magnus.* Et præpositionem à suo casu. V.g. *Propter ingenij acumen.* † *Ad unius Dei gloriam.*

13. Vocandi casui aliquid initio periodi præponendum est. V.g. *Etsi vereor, Judices.* † *Quonam meo fato,* P. C. † *Novum crimen, C. Cæsar.* † *Quanquam te, M. fili,* &c.

14. Superiores non proprio, sed dignitatis, aut observantia nomine compellabis. V.g. *O Rex, ò Magister,*

Sier, Here, Pater, &c. cum suis epithetis. Inferiores verò, & etiam (cum blandiris) aequales, in & tenellæ ætatis Superiores, suis proprijs nominibus, interdumque per voces, quas vocant diminutivas, compellabis. V.g. *Hem Joannes, † Mi Francise, † Petreole mi, † Meum corculum, M. a animula.*

15. Nomen proprium, vel adjectivum, vel verbū, si polysyllaba sint, in periodi fronte non invenustè ponuntur V.g. *Themistoclem illum summum Athenis virum, dixisse aiunt.* Vel: *Ingratus est civis, qui, &c.* Vel: *Excitaverat eos magnitudo, & varietas.*

16. Comparativum, initium & finem exornat. V.g. *Decentior equus, cuius adstricta sunt ilia, si idem velocior.* Quintil.

17. Vni substantivo duo epitheta, & vni epitheto duo substantiva pulchre per *Tum*, vel Et geminatum subjunguntur. V.g. *Cesar tum fortis, tum prudens, immissis & laboribus, & impendijs Remp. defendit.* Quod si clausulæ dispare sint; minor præcedat cum particula *Cum*, & major sequatur cum particula *Tum*. V.g. *Regem venerari de...mus, cum propter eximiam eius prudentiam, tum ob singularem in Deum Religionem.*

18. Verbum infinitum finito venustè præmittes. V.g. *Mentiri nescio: † Adulari non est meum. † Comprehendi hominem ius sit.*

19. Præsentis temporis verbum, quam præteriti, in historiâ, fabulâve narrandâ, elegantiùs effertur. V.g. *Ille suos familiaris invitat; maturè veniunt, discubuntur; fit sermo inter eos, & invitatio, ut Greco more biberetur, &c.* Cic.

20. Plures subinde infinitivi eleganter congeruntur, suppresso verbo, unde regi possint. V.g. *Verres jubet Regis domesticos discedere, & candelabrum relinquere. Rex pri-*

mò nihil metuere [supple poterat] dies unus, alter, plures, [subaudi, elabuntur] non referri: [subintellige, videt] Tum mittis Rex ad istum, si sibi videatur, ut reddat. Fubet iste posterius ad se reverti: mirum illi videri; [supple incipit] mitit iterum. Non redditur, &c. Cic.

21. Eleganter etiam participia, & ejusdem temporis verba congregantur. V.g. Quid memorem illo bello, eversas ades, direptum ararium, expilata templa, exinanitas urbes, &c. Item: Quid non agebat? quid non moliebatur, ut id honoris consequeretur? Ibat, redibat, circuibat, concursabat, hos salutationibus fatigabat, alios amplexibus, alios osculis, nunquam cessabat, nunquam quiescebat.

22. Conjunctiones optimè periodos revinciunt, quarum istae sunt visitatores. At illud quidem. Ac mea quidem sententia. Neque vero. Nam vero. Sed etiam. Etsi. Quamobrem. Itaque. Ut enim. Quin etiam. Verum ego. Verum enim vero. Num igitur. Enim vero, &c. Item hæc adverbia. Nunquam. Me hercule. Primum. Deinde. Nunc autem, &c. Et hæc pronomina. Quis enim. Quis autem. Quod quidem. Quid quod. Hoc enim. Hoc profectio. Hæc autem omnia. Quibus de causis. Illud sand. Ego vero. Mihi tamen. Quæ cum ita sint, &c.

Paucis denique. COLLOCATIO est verborum aptus Ordo, atque Junctura, vel Connexio, qua Oratio redditur lenis, cohærens, & equabiliter fluens.

Aptus autem Ordo verborum id exigit, 1. Ne minora maioribus subjiciantur, sed semper crescat oratio. V.g. Ne dicas sacrilegus, & fur; sed Fur, & sacrilegus: nisi cùm oratio minuitur. 2. Est & ordo naturalis servandus. V.g. Potius dices diem, ac noctem; Ortum, & occasum; Vrum, & mulierem, quam contrà. 3. Ne, ordine permutato, fiant supervacanea. V. g. Fratres gemini, non Gemini fratres.

VERBORVM IVNCTVRA.

VT fundura concinna, & elegans sit, assequemur, si fugiatur 1. Creber concursus, & hiatus vocalium. V.g. *Vaccæ Æneæ amœnissime*. Vel: *Ego omni officio*. 2. Eiusdem literæ nimia assiduitas. V.g. *Rex Persarum Xerxes*. Vel: *Pontum pedibus pertransibit*. 3. Ejusdem dictiōnis nimia repetitio. V.g. *Cuius rationis ratio non extat, ei rationi ratio non est fidem habere*. 4. Nimis crebra homœ optota. V.g. *Veniunt plorant s, fl. ntos, lachrymantes, obstantes*. 5. Verborum transpositio inconcinna. V.g. *Virgil*.

Treis Notus abreptus in saxa latentia torquet,

Saxa vocant Itali, medijs quæ in flūdibus, aras.

6. Collidentia nomina. V.g. *Res invise vise sunt*. 7. Multa monosyllaba levius subtultantia. V.g. *Hæc est lex, & jus, quod Rex vult, & f. r. t.* 8. Multa dissyllaba. V.g. *Natus procax jure summo multis patri suo dabit pœnas*. 9. Amphibologia. V.g. *Antonium audiri percussisse Joannem*. 10. Concursus consonantium asperiorum, X.C.S.R. V.g. *Exercitus Xerxis. † Solus Sophista. † Rex Salomon. Rex Xerxes. † Lac codum. † Inter radios Solis*. 11. Longa Verborum continuatio, & nimis prolixa Periodus quæ & auditorum aures, & orationis spiritum lædit.

C A P. X.

DE INCISIS, MEMBRIS, ET PERIODIS,
atque de Numero Periodico.

INCISVM, Græcè COMMA, est sensus non expletu numero conclusus, seu pars Membri. V.g. *Domini tibi deerat? at habebas: pecunia superabas? at egebas*. Vbi incisa sunt quatuor. In singulis etiam verbis incisa esse possunt. V.g. *Abiit, excessit, erupit, evanit*. Dicimus ergo *Incisim*, cùm frequentia Incisa usurpamus. V.g. *Tenet*.

tur literæ, signa, testimonia, denique uniuscuiusque confessio.

MEMBRVM, Græcè COLON, est pars Periodi numeris conclusa, perfectamque sententiam definiens, non tamen ita absolutam, ut Auditor acquiescat, nec expectet subsequentia. *Membratim ergo dicimus, cùm Periodus plurimis Membris constat.* V. g. 1. *Antequam de Republica dicam ea,* 2. *quæ dicenda hoc tempore arbitror;* 3. *exponam vobis breviter consilium profectionis, ac reversionis meæ.* En hic tria sunt Membra. Membri autem magnitudo Versui Hexametro fermè æqualis esse debet.

PERIODVS, seu Circumscrip^tio, est apta continuatio verborum, in qua à principio sic suspensa fertur oratio, ut in ipso tantum fine perfectissimo sensu conque^scat. Dicimus autem Periodicè, cùm crebras, & justas, ac numerosè sonantes Periodos adhibemus.

Periodus dividitur in varias species.

SIMPLEX dicitur, quæ pluribus duntaxat Incisis constat. V. g. *Animadvertis, Judices, omnem accusatoris orationem, in duas divisam esse partes.* Cic.

COMPOSITA est, quæ fit ex nexus duorum, vel plurium Membrorum.

BIMEMBRIS igitur hæc est, & eius prima pars dicitur PROTASIS, secunda pars APODOSIS appellatur. 1. *Quemadmodum Gubernatores optimi, vim tempestatis:* 2. *sic sapientissimi viri, fortune impetum persepe superare non possunt.* Cic.

TRIMEMBRIS autem hæc est. 1. *Si veritate amicitia, fide societas, pietate propinquitas colitur:* 2. *necessè est istum, qui amicum, socium, affinem, fama & fortunis spoliare conatus est,* 3. *vanum se, & perfidiosum, & impium esse fateatur.*

Hæc verò QUADRIMEMBRIS est, & omnium perfectissi-

Quisima, cuius partes ita in se se recurrunt, ut duæ vltimæ duabus primis ex æquo respondeant; & à quacumque incipias, suum semper sensum Periodus, suam venustatem, integratemque retineat, quæ ideo & **Quadrata**, & **Rotunda** appellari consuevit. 1. Si quantum in agris, locisque desertis audacia potest; 2. tantum in faro, atque in judicijs impudentia valeret; 3. non minus in causa cedret Aulus Cæcina Sexti Ebūtij impudentie; 4. quando cum in vi facienda cessit audacia. Cic.

¶ Curandum etiam est ut Periodus **Numerosa** sit, sive **jucundè sonans**. Numerus autem conciliatur. 1. Si aptæ Collocationis verborum ratio habeatur. 2. Si pedes obseruentur, quibus incipienda, continuanda, & finienda sit Periodus.

Initium periodi decent *Dactylus*, *Peon* 1. & 4. *Anapestus*, *Creticus*, *Dochimus*, *Spondeus*, tum singuli, tum permixti.

In mediâ periodo omnes debent esse permixti, & quasi confusi pedes. Videndum tamen, ne aut breves, aut longæ syllabæ nisi iùm frequententur; sed aliæ alijs aptè temperentur, ac misceantur.

Finem periodi, qui maximè numerosus esse deberet, egregiè claudunt *Fimbria*, & *Dispondeus*; vel *Creticus*, & *Dichoreus*; vel *Dochimus*; vel *Geminus Creticus*; vel *Tremendus*; vel *Dactylus*, & *Molossus*; vel *Chœrus*, & *Dispondeus*, &c. Aptè denique finitur quoties gravioribus, longioribusque verbis concluditur.

Veruntamen, cave 1. Ne ita numerositatem adfertes, ut artificium se se prodat. 2. Ne sèpè idem initii, vel finem periodorum inculces. 3. Ne inanibus verbis, sensum nihil juvantibus, orationem oppleas. 4. Ne iij pedes continentur, ex quibus triti, vulgatiq[ue] versus efficiantur. 5. Ne sesquipedalia verba coacerves. V.g.

Coma

Constantinopolitani cum innumerabilibus Cytizenorum presidijs fortissimè belligerabantur. 6. Ne verba turgida, & inflata ponantur. V.g. Perf. Satyr. I.

Torva Mimallensis implerunt cornua bombis.

CAP. XI.

QUA RATIONE PERIODVS IMPLERATVR?
Seu, De Verborum Amplificatione.

P Eriodus impleri, seu amplificari potest

1. Per DEFINITIONEM. V.g. in Miloniana Cicero cùm dicere potuisset, *Vidimus Curiam incendi*: verbum illud, *Curiam*, ita definit, & amplificat. *Vidimus Templum sanctitatis, amplitudinis, mentis, consilij publici, caput urbis, aram sociorum, portum omnium gentium*, sed ab universo Populo Rom. concessam unius ordini, inflammari, exsidi, funestari.

2. Per ENUMERATIONEM partium. V. g. Cùm esset satis dicere, *Omnes lugent Clodium*: Cicero tamen, partibus enumeratis, ita exornat. *P. Clodij mortem aquo animo nemo ferre potest, luget Senatus, mæret equester ordo, tota Civitas confecta senio est, squalent municipia, afflictantur colonie, agri denique ipsi tam beneficium, tam salutarem, tam mansuetum civem desiderant.*

3. Per EXPOSITIONEM, seu Commorationem. V. g. Cùm dixisse sufficeret, *Vos soli ignoratis*: idem à Tullio alijs verbis ejusdem significationis ita repetitur. *An vero, iudices, vos soli ignoratis? vos hospites in hac urbe versamini? vestra peregrinantur aures, neque in hoc per vagato sermone civitatis versantur?*

4. Per SYNONYMOVVM congetiem. V. g. Tritus ille versus: *Donec eris fælix, multos numerabis amicos*; sic per synonyma extendi potest: *Dum magnam vim asuri,*

argentique possederis: quandiu tibi fortuna arriserit: quandiu gloria circunstes: dum omnia tibi prosperè successerint: Tandiu plurimorum animos, amorem, voluntatem, benevolentiam, invenies tibi esse deuinctissima: innumeris in tuam familiaritatem intrare cupient, in tuam necessitudinemque venire: multorum amicitiam consequeris, benevolentiam colleges, inibis, demereberis, contrahes, tibi queres, conciliabis, &c. Multa concessi, ut vbertas appareat; sed cum aliquid est componendum, refecanda sunt inutilia, & adhibendus figurarum ornatus.

5. Per EPITHETA. V.g. Hæc sententia: Mansuetudinem, clementiam, modum, & sapientiam præterire non possum, à Cicerone in Marcelliana sic epithetis exornatur: Tantam enim mansuetudinem, tam inusitatam, inauditam, que clementiam, tantum in summa potestate rerum omnium modum, tam denique incredibilem sapientiam, ac penè divinam, tacitus nullo modo præterire possum.

6. Per ADVERBIA oportuniè verbis addita. V.g. Hanc sententiam, Ego te declamans audiens admiratus sum: sic multò dices Elegantiū: Ego te aptè, distinde, & ornate declamantem, diligenter audiens, mirum in modum admiratus sum.

7. Per AVXESIM. V.g. Huius sententiæ vis, Sceleratissimum hominem in judicium adducimus, planius à Tullio, & vehementius per Auxesim exprimitur: Non enim furem, sed raptorem, non adulterum, sed expugnatorum pudicitiam; non sacrilegum, sed hostem sacrorum, Religionumque; non siccum, sed crudelissimum carnificem civium, sociorumque, in vestrum judicium adducimus.

8. Per ADIVNCTA, sive Circumstantias, quæ isto carmine continentur:

Quis? Quid? Vbi? Quoties? Per qua? Cur? Quomodo? Quando?
Quis? significat Personam, cuius adjuncta sunt vel à

Natura, vel à *Fortuna*. A *natura*, vel sunt *animi*, vel *corporis bona*. *Animi bona* sunt *Virtutes*, & *Scientiae*. *Mala* vero *animi* sunt *Vitia*, & *Ignorantia*. *Corporis bona* sunt, *Proceritas*, *Forma*, *Dignitas* in *viris*, *Venustas* in *fœminis*, *Velocitas*, *Pulchritudo*, *Vires*, *Valetudo*, *Rubor*, &c *Sexus*. *Corporis mala* sunt, *Parvitas nimia*, *Proceritas enormis*, *Deformitas*, *Infirmitas*, *Tarditas*, *Mutilatio*, *Claudicatio*, &c. *Fortuna bona* sunt *Natio*, *Patria*, *Genus*, *Opes Honores*, &c.

Quid? denotat *Rem factam*, *dictam*, vel *cogitatam*: seu *Opus*, quod *fis*, *fiet*, vel *factum est*.

Vbi? designat *Locum*, in quo res *est*, *fuit*, vel *erit*, *fis*, *fiet*, aut *facta est*.

Quoties? continet *vices*, *frequentiam* aut *infrequentiam*, *repetitionem* aut *cessationem* dicti vel facti.

Per qua? *Auxilia* complectitur, *Præsidia*, *vires*, *causas adjuvantes*; *corporis* & *fortunæ bona*, *servos*, *gladium*, &c.

Cur? exprimit *Causam*, maximè *efficientem*, aut *finalalem facti*, vel dicti.

Quomodo? indicat *Modum*, quo res *facta est*, aut *fiet*, aut *facienda est*: ut, si *mortis*, vel *pœnæ modus referatur*.

Quando? refert *Tempus*, quo quidpiam *fit*, *fiet*, vel *factum est*. In hoc genere sunt *tempora pacis*, *belli*, *induciarum*; *anni partes*: *dies serenus*, *pluvius*, *nox*, *vesper*, *mane*, *meridies*.

Exemplo sit hoc verbum *STVDEO*, quod etsi solitariū, adiunctorum beneficio, in Periodum longissimam dilatari posse videbis, ad hunc, vel similem modum:

[*Quis.*] Ego quidem, etsi floridores pueritie annos per imprudentiam ineptè contriverim; ad meliorem denique fru-

gem aliquando receptus: [Quid] rei Grammaticæ, Politice, Eloquentie, & politiori Literarum Humaniorum cultui animum appello[Quomodo] ea mentis cura, & meditatione, ut, acerbitate, quam ista initio p[re] se ferunt, superata; [Quando] non totos duntaxat dies literis impendam[Quoties] sed ad multam sapientia noctem invigilem [Cur] perbrevi sperans, ut in sapientia penetralia, quo laborum meorum cura contendit, admittar: [Quibus auxilijs] maximè cum Jesuitarum natus sim libros doctissimos, docendique artem, tum captui facilem, tum etiam perhumanam; [Ubi] quae me, ceterosque Sapientia candidatos, in Scholas suas Matritenses, vel rudiorum politrices ingeniiorum, exceperunt.

9. Per FIGVRAS illustriores Sententiarum, & Verborum, quæ per Adjectionem fiunt; quas suo loco superiori videre potes.

CAP. XII.

DE MEMORIA.

MEMORIA alia est Naturalis, id est, Quam unusquisque sortitus est à Natura; cuius conseruanda, reparanda, & augenda remedia à Medicis petenda sunt.

Alia est Artificialis, id est vis reminiscendi Artificio ingenioso comparata; & hoc Artificium est quarta Rhetorica pars. Constat autem Locis, & Imaginibus.

Loca sunt Sedes Imaginum; quæ quidem esse debent ordine immobilia, speciosa, illustria, visa, revisa, nota, benè distincta, parùm distantia, formâ dissimilia, & multâ varietate signata. V.g. Æd[es] magnifica, Antrum, Vallis, Flum[gis], Aer, Cælum, Planetæ, Domus, Templum, Civitas, &c.

IMAGO vero est forma quadam, vel simulacrum ri-

enius volumus recordari. Ea est, vel Propria, vt *Petrus* pro *Petro*; seu *Imperator* pro *Imperatore*: vel *Translata*, vt *Leo* pro *forti*; *Lupus* pro *vorace*; *Lepus* pro *timido*; vel ficta, vt, si pro *Quambacundono* Japoniorum Imperatore, (quem neque vivum novi, neque pictum vidi) fingeam Bacchū imperatoriā clamyde indutum, & me ipsum cum atireā coronā, *Qua Bacchum dono*. Si meminisse velim huius vocis *Spiramus*; fingeam *Pira*, quæ hinc *sus*, inde *Mus* comedunt, &c.

Imagines sint pro re natâ diversæ, cæque vel egredi pulchræ, vel nimis deformes, vel admodum ridiculæ, vel maximè insolitæ, imò & aliquid agentes, vt si *Lupus agnos* devoret, *Lepus cuniculos* agat: nam usitatæ, & otiosæ facile è memorîa labuntur. *Loci* igitur semper ijdem sunt; *Imagines*, prout occasio & res feret, mutantur.

PRAXIS autem est, vt *Imagines Locis committas*, & cùm repetenda fuerit memoria, incipias à principio *Loca* recensere, & quod cuique credideris, reposcas; idque per *Imagines* tibi fideliter reddetur.

Sed utatur hac ope qui volet: mihi enim, cum dissertissimis Rhetoribus *P. Michaële Radau*, & *Ger. Jo. Vossio* præsentiora videntur auxilia, quæ sequuntur.

1. Ut Orationem commendaturus memoriae, post invocatam Dei opem, semel totam prius legat, vt quasi confusam eius habeat notitiam; deinde per partes, servato earum ordine (neque nimis multa simul, neque nimis pauca, & quasi minute dissecta) ediscat; nec facilè saltet ab vnâ parte, nondum plenè possessâ, in aliam.

2. Ut matutino potius, quam alio tempore, ediscat: tamen perquam utile est pridiè vesperi prius quam

dormitum concedas , semel & iterum percurrere ea,
quæ postridiè sunt ediscenda.

3. Proderit etiam in loco solitario ediscere; alio-
quin ea, quæ in sensu se foris ingerunt, memoriam im-
pediunt, & distrahunt.

4. Curet intelligere ediscenda: quia intellecta fa-
cilius & fortius hærent.

5. Ex ijsdem chartis, quibus composuit , ediscat;
quia ad paginæ loca & partes, jam assuevit memoria:
hinc scimus quo in chartæ angulo aliquid scriptum sit,
atque adeò sedem verbi cujusque quasi oculis tene-
mus. Turbaberis verò & confundēris , si in aliâ chartâ
scribas, & ex aliâ ediscas : inter dicendum enim utrius-
que chartæ imago occurrens, distrahet animum pero-
rantis.

6. Si quid difficilius addiscitur , illi loco, ad mar-
ginem, aliquod signum, vel notam appones ; cuius ad-
monitu citius occurrat, & infigatur.

7. Declamando statim, & cum gestu disces : nam
per reverberationem soni facilius discenda memoriae
imprimuntur: eumque sensum, quem iam fixeris, ali-
quoties tecum revolves ; tum demum ulterius per-
ges.

8. Sedandus est ab Affectibus (præsertim à Pudo-
re, & Metu) animus: alacritas enim memorativa infri-
gitur, si quis Affectibus intertarbetur; à quibus contur-
bato sanguine & spiritu , species pariter perturban-
tur.

9. Maxima fabricandæ, & servandæ sibi Memoria.
Ars est, in dies illam exercere: quia ociosa , & sine usu,
hebescit, & infidelis efficietur.

CAP. XIII.

DE PRONUNTIATIONE.

PRONUNTIATIO est *Vocis Corporisque apta, pro Rerum, Affectuumque varietate, conformatio.* PRONUNTIATIO autem à plerisque ACTIO dicitur; sed prius nomen ad *vocis*, sequens ad *Gestus* moderationem refertur. Utriusque verò generale hoc præceptum sit: Ita temperari debere, ut *Gestus* voci, Vox rebus consentiat.

Universim nocent pronunciationi. 1. Nimia vocis *gracilitas*, & *exilitas*, quæ *contentione*, & *studio emendandi* potest. 2. Nimia *oris* (vt ita dicam) *concavitas*, vbi quasi in specu vox *obscuratur*, & tantum in recessu quodammodo auditur. 3. Nimius *clamor*, quô sàpè vox *suffocatur*, & interdum *elisa* quasi in *glocitatem* onem desinit. 4. Perpetua *monotonia* [h. e. totius orationis sub eodem sono pronuntiatio] quô nihil est ad audiendum tædiosius; nisi cum terror est Auditoribus incutiendus.

Singularum dictionum pronunciationem vitiosam efficiunt. 1. Hæsitantia, qua difficillimè, & vix tandem oratio profertur. 2. Blæsitas, qua quis in certâ aliquâ literâ exprimendâ deficit. 3. Decurtatio, qua extremæ literæ deglutiuntur. 4. Subrustica & agrestis literarum dilatio. 5. Asperitas, qua certa litera nimis duriter profertur; vnde ortum trahunt *Foracismus*, *Lambdasismus*, *Sigmatismus*, &c. 6. Accentuum, violatâ quantitate syllabarum, corruptio.

In vocis ergo moderatione observabis, 1. Ut soni magnitudo, pro loci amplitudine, temperetur. 2. Ut singula cum morâ aliquâ proferantur; alioqui vix sermo præceps intelligetur, neque numerus aures prætervolans delectabit. 3. Cui vox sit imbecillior, ratiù tollat,

tolat, s^æpè deprimat, s^æpiùs flestat. 4. Procuranda sunt Claritas, & Suavitas: nam illa efficit, vt non turbidè, sed planè, & articulatè loquamur; hæc, vt lenem sonum firmè, & molliter, ad finem usque, conservemus.

LITERAS autem neque opprimas, neque nimis exprimas; non clamosè aut arroganter, non muliebriter, non tardissimè, non celerrimè; sed ita fluat oratio, vt incipias, respires, quiescas, & finias, vbi oportuerit.

In Exordijs (quæ abrupta non sint) prius Orator se colligat paullulum, & ad dicendum componat, quam verbis erumpat: deinde voce submissâ ac placidâ exordiatur. Paullatim in Narratione insurgat, apertâ ac simplici voce; in Expositionem sedata. In Confirmatione varia sit, acris plerumque, totisque viribus ac nervis intenta: In Argumentatione (nec levi, nec ironica) severior: In Peroratione excitatior, quasi partâ jam de hoste victoriâ.

Vocis insuper mutationes totidem sint, quot animalium. Res grandes cum maiestate dicantur, atroces concitatè, tristes flebiliter, mediocres temperatè. Suasifio, & consolatio gravem vocem desiderant; laudatio magnificam, & sublimem; ira incitatam, crebroque interruptam; miseratio flexibilem, ac tristem; metus demissam, & hæsitantem; voluptas teneram, & hilarem; verecundia contractam, prolopopœja fictam, reticentia concisam. Suam denique quisque Animi Affectus requirit vocem; aliam admiratio, aliam indignatio, aliam irrisio, &c. quas accurate effingere oportebit.

GESTUS est Motuum Corporis & Vultus apta moderatio. Ergo, si quando sedendum Oratori (vt in Senatorijs Orationibus) sit; superior Corporis pars erigatur, inferiore immotâ; alias, & communius, stabit, & Sta-

tu recto ad populum verba faciet.

Capite utetur recto; non obstipo, inque cervicem reflexo; non casanti, sive ad pectus demisso, dejectoque, neque supino, nec in latus quodlibet inclinato, nec (nisi in irâ) quassante, vti neque præduro aut rigido & immobili; sed ita interdum (citra audaciam) erecto, & manibus ac lateribus obsequente, vt annuat, renuat, & confirmet.

Vultus modò severus, modò indulgens, modò lenis, modò asper, modò tristis, modò hilaris, pro Affectuum varietate, mutetur.

In mœstia *Frons* sit caperata, aut cōsulcata (h.e. cōtracta, aut corrugata) in hilaritate & clementia, exponrecta & diffusa, aut explicata; in severitate, constricta, aut adstricta; alias pudica sit, tranquilla, vel serena.

Supercilia mœstus contrahit; hilaris componit, ac remittit; severus ac gravis subducit, vel ad frontem tollit alterum altero ad mentum depresso; superbus & fastus plenus (vti & iratus) altius attollit.


Oculi testes sunt animi: in cœlum sublati, preces significant; ardentes, iram; aversi, odium, fastidium, negligentiam, pudorem; in terram defixi, admirationem, stuporem, & vehementissimam cogitantiam; aperti, favorem; nimis diducti, fatuitatem; clausi, odium; semi-clausi, adulationem, & insidias; rigidi, stuporem, aut extasim; torpentes, segnitiem; vagi & natantes, corporis lasciviam atque libidinem.

Oratoris Oculi non in locum certum figantur; sed, prout res postulârit, intenti sint, aut remissi, superbi, hilares, torvi, mites, asperi, &c.

Nares, neque rugis contrahendæ, neque manibus contrectandæ, neque alio quopiam modo deformandæ.

*Labra morderi, lambi, torqueri, astringi, porrigi, indecorum est: ut & *Buccas inflare*; *Mentum pectori adfigere*; *Humeros allevare, vel contrahere*; *Brachia gladiatorio more projicere*; *Manus suprà caput attollere, infra pectus demittere*; *palmas cum strepitu compledere*; *Digitos omnes diducere, vel in pugnum constrin gere*.*

Omnis denique *Corporis* motus eiusmodi sint,
ut offenditionem vitent.



INDEX

RERVM ET VERBORVM.

A.		
A cclamatio.	Pag.	Allegoria. 153.
130. 165.		Allocutio. 132.
Accusator. Epist. 25. 139.		Amor. 60.
Actio.	109.	Amplificatio rerum 71.
Actionis virtutes.	87.	verborum. 73. 120. 173.
Activa Chria.	4.	Anacænōsis. 160.
Adjuncta.	53. 174.	Anacæphaleosis. 120.
Adjunctio.	157.	Animalis laus. 89.
Adolescentis laus.	87.	Animi & Corporis bo na. 86.
Adverbia.	174.	Antecedentia. 54.
Adversa.	53.	Anticrisis. 159.
Ædificij laus.	93.	Antimetathesis. 158.
Æmulatio.	68.	Antipophora. 159.
Affectio.	91.	Antitheton. 158.
Affectus.	60. &c.	Antonomasia. 152.
		Apia.

I. INDEX RERUM ET VERBORVM.

Apile.	164.	Biblia Sacra.	100.
Apobaterium.	133. 139.	Bimembris periodus.	171.
Apodosis.	171.	Bona fortunæ.	85.
Apologia.	140.	Corporis & animi.	86.
Aporia.	159.	Brachia.	182.
Aposiopesis.	164.	Buccæ.	182.
Apostrophe.	160.	C.	
Apotheosis.	138. 140.	Canonicum Ies.	109.
Appendices Juris Cano-		Caput.	181.
nici.	110.	Catachresis.	153.
Appositum.	153.	Causa.	54.
Arboris laus.	94.	Causarum genera.	48.
Architectura.	102.	Certa, quæ sint.	117.
Argumentum,	51.	Characterismus.	161.
quomodo eruatur è Lo-		Chirographum epist.	23.
cis.	56.	Chorographia.	14. 105.
Argumentatio	53. 117.	Chria. 4. Eius dilatatio. Ib.	
eius species.	118.	Chronographia.	14. 105.
Arithmetica.	102.	Chronologia.	105.
Ars, quid?	47.	Chymica.	103.
Ars ad Eloquentiam.	50.	Ciceronis Loci commu-	
Articulus.	156.	nes.	73. &c.
Artis laus. 92. materia.	47.	Cinetica.	102.
Astrologia.	102.	Circumlocutio.	153.
Asyndeton.	156.	Circunstatiæ.	90. 98. 175.
Attentionis concilia-		Circumscriptio.	171.
tio.	113.	Civile Jus.	110.
Audacia.	64.	Civilis narratio.	3°.
Auxesis.	162. 173.	Civilis thesis.	15.
Auxilia Rhetoricæ.	49.	Civitatis laus.	93.
B.		Clementia.	66.
Benevolentiæ concilia-		Cognitionis virtutes.	87.
tio.	113.	Collocatio.	169.

INDEX RERVM ET VERBORVM.

- | | | |
|---------------------------|----------|-----------------------------|
| Colon. | 171. | Conglobatae definitione. |
| Comma. | 170. | 71. |
| Comminatio. | 164. | Conjugata. |
| Commisio. | 157. | Consequentia. |
| Commendatitia epistola. | 26. 140. | Consilium. |
| Commendatio. | 140. | Consolatoria epistola. 28. |
| Commoratio. | 162. | 140. |
| Communicatio. | 160. | Consultatio. |
| Communium Locorum su- | | 140. |
| pellex. | 73. &c. | Contentio. |
| Commutatio. | 158. | Contradicentia. |
| Compar. | 158. | Contrapositum. |
| Comparatio. | 55. | Contraria. |
| Comparatio progymna- | | Corporis, & animi bo- |
| stica. 11. quotuplex sit, | | na. |
| Ibid. Quomodo dilate- | | 68. |
| rur. | 12. | Corporis moderatio. 180. |
| Composita periodus. | 171. | Corpus Juris Canoni- |
| Concessio. | 163. | ci. |
| Cōciliatoria epist. | 27. 140. | Correctio. |
| Concionatores. | 101. | Cosmographia. |
| Conclusio epistolæ. | 20. | Cratio Doctoris. |
| Confidentia. | 64. | Vide Paronymphaea. |
| Confirmatio epistolæ. | 20. | Critice. |
| Confirmatio oratoria. | 116. | Cur? dilatādū. 92. 98. 175. |
| Confirmatio progymna- | | D. |
| stica. 7. Eius dilatatio. | 8. | Decorum servandum. 13. |
| Confutatio oratoria. | 120. | Dedicatoria epistola. |
| Congeries. | 136. | 29. |
| Congeries definitionū. | 71. | 149. |
| Conglobatae causæ, & ef- | | Declis. |
| fecta. | 73. | 164. |
| | | Defensio. |
| | | 141. |
| | | Definitio. |
| | | 51. 173. |
| | | Definitiones congregatae. |
| | | 71. |
| | | Dehortatoria epistola. |
| | | 29. |
| | | Deci |

ÍNDEX RERVM ET VERBORVM.

Dei laus.	84.	Docilitatis cōciliatio.	113.
Delectus verborum.	149.	Doctoris creatio.	129.
Deliberativum genus.	48.	vide Paranymp̄ha.	
Eius inventio.	95.	Dolor.	62.
exordium.	115.	Drammatica narratio.	3.
Narratio.	116.	Dubitatio.	159.
Peroratio.	121.	Dubium exordium.	113.
Deprecatio.	164.	Duplex Ethopœja.	13.
Deprecatoria epistola.	30.	Duplex thesis.	15.
141.		E.	
Descriptio.	13. 161.	Ecclesiastica historia.	105.
Descriptio personæ, rei, &c.	14.	Ecponeſis.	165.
Desiderium.	61.	Educatio.	90.
Desperatio.	63.	Effecta.	55.
Dialyton.	156.	Efficiens causa.	54.
Diaporesis.	159.	Ellipsis.	157.
Didascalicum genus.	49.	Eloquutio.	49.
Dicta.	91.	Emphasis.	161.
Difficultas.	97.	Enthymema.	119.
Digiti.	182.	Enumeratio.	173.
Digressio.	162.	Epanodos.	158.
Dilemma.	120.	Epanorthosis.	159.
Dispositio Rhet.	112.	Epexegesis.	162.
Disputatoria epistola.	31. 141.	Epibaterium.	134. 141.
Dissimilitudo.	53.	Epicherema.	119.
Dissimilium amplificatio.	71.	Epigraphica.	108.
Dissolutio.	156.	Epinicium.	126. 142.
Diffuafforia epistola.	31. 141.	Epistolæ natura.	17. sty- lus. 18. genera. 17. spe- cies. 25. paradigmata. 139.
Distributio.	52. 163.	Epiphonema.	165.
Divitiae.	85.	Epithalamium.	123.
		Epr.	

INDEX RERUM ET VERBORVM.

Epithetum.	153.	Fama.	56.
Epitheta.	174.	Familia.	108.
Epitrope.	164.	Felicitas.	96.
Epizeuxis.	157.	Fictarum personar. ampli-	
Erotema, & Erotesis.	159.	fic.	72.
Ethopoeja.	12, 161.	Figuræ.	154-158.
Etymologia.	52.	Figuris affinia.	165.
Eucharistica Oratio.	127,	Finalis causa.	54.
	142.	Firmamentum.	117.
Euche.	164.	Fluminis laus.	94.
Eunomia.	109.	Fœminæ principis laus.	88.
Excessus.	154.	Formalis causa.	54.
Exclamatio.	165.	Fortitudo.	95.
Execratio.	165.	Fontis laus.	94.
Exemplorum amplifica-		Forma.	54.
tio.	72.	Formæ epistolarum.	25.
Exemplum.	119.	Formulæ salutandi.	21.
Exergasia.	162.	Valedicendi, &c.	22.
Exercitatio.	50.	Fortunæ bona.	85. 90.
Exordium.	20. 112. Eius	Frequentatio consequen-	
	species.	tium.	71.
	113. virtutes.		
	114. vitia. Ibid.	Frons.	181.
Exornativum genus.	48.	Fugæ.	61.
	121. 84. 114. 116. 120.	Funebris Oratio.	135. 142.
Explanatores SS. Bi-		G.	
	bliorum.	Gaudium.	61.
Expolitio.	162. 173.	Genus.	52.
Externabona.	86.	Genus exornativū.	48. 184.
	F.	Genethliaçum.	124. 143.
Fabula.	2. 3.	Gentium Jus.	110.
Facile.	97.	Geographia.	14. 104. 105.
Faſta.	91.	Geometria.	101.
Faſti singularis laus.	90.	Gestus.	180.
		Gram.	

INDEX RERVM ET VERBORVM.

- | | | | |
|----------------------------|-----------|----------------------------|--------------------|
| Grammatica. | 103. | Iconologica hist. | 107. |
| Gratia. | 69. | Idolopœja. | 12. |
| | H. | Illusio. | 154. 163. |
| Habitus. | 91. | Imagines memoriae artifi- | |
| Heraldica. | 107. | cialis. | 176. &c. |
| Herbae laus. | 94. | Imitatio. | 50. |
| Heterodoxorum insipientia. | 110. | Imperas epistola. | 37. 143. |
| Hypallage. | 151. | Impetratoria epistola. | 37. |
| Hispanica hist. | 106. 107. | | 143. |
| Hispanum Jus civile. | 110. | Implendi Periodum ra- | |
| Historia. | 104. &c. | tio. | 173. |
| Historica narratio. | 3. | Imprecatio. | 165. |
| Homo. | 108. | Imus stylus. | 148. |
| Homœoptoton. | 157. | Inauguratio Principis. | |
| Homœoteleuton. | 158. | | 128. 143. |
| Honestum. | 95. 96. | Incisum. | 170. |
| Honestum exordium. | 113. | Incitatio. | 144. |
| Honores. | 85. | Incolumnitas. | 96. |
| Hortatoria epistola. | 36. | Incrementum. | 162. |
| | 143. | Index locorum commu- | |
| Humaniores literæ. | 103. | nium. | 73. Epistolarū 25. |
| Humeri. | 182. | Index paradigmátū. | 139. |
| Humile exordium. | 113. | Indicativa epistola. Vide | |
| Hydrográphia. | 14. 105. | narratoriam. | 41. |
| Hyperbaton. | 154. | Indignatio. | 66. |
| Hyperbole. | 154. | Inductio. | 119. |
| Hypothesis. | 15. 48. | Infinita Ethopœja. | 13. |
| quomodo differat à The- | 161. | Inscriptio à tergo episto- | |
| fi. | 15. | læ. | 24. |
| | I. | Insinuatio. | 113. 114. |
| Iconismus. | 161. | Inspicientia heterodoxo- | |
| Iconismus virtutis. | 85. | rum. | 110. |
| | | Insiti Loci. | 31. &c. |
| | | In- | |

INDEX RERUM ET VERBORVM.

Institutio Magistratus,

130.	144.	
Insulae laus.	92.	
Interpretatio.	162.	
Interrogatio.	159.	
Interruptio.	164.	
Investiga. epistola.	38.	144.
Inventio.	49.	50.
Inventio Generis Exordi- nativi.	84.	deliberativi.
95.	Judicialis.	98.
Iaversio.	153.	
Invidia.	67.	
Ita.	65.	
Ironia.	154.	163.
Ifocion.	158.	
Italica hist.	106.	

J.

Jocosa epistola.	39.	144.
Oratio.	144.	
Jucundum.	97.	
Judicatio.	117.	
Judiciale genus.	48.	eius species.
139.	eius inven- tio.	
98.	eius exordium.	
115.	narratio.	
116.	per- rato.	
121.		
Junctura verborum in pe- riodo.	170.	
Jus Canonicum.	109.	Ci- vile.
	110.	
Jusjurandum.	56.	
Justitia.	91.	

K.

Katara.

L.

Labra.

Lacrymosa epistola.

144.

Lætitia.

Lamentatio.

Laudatoria epistola.

144.

Laus progymnastica.

Eius extensio.

Ibidem.

Laus Oratoria.

84.&c.

Legatio.

135.

145.

Legislatio:

quomodo dilatetur.

Ibi-
dem.

Lex, quid.

Lexicographia.

103.

Licentia.

163.

Literæ Humaniores.

103.

severiores.

101.

Literaria hist.

107.

Literarum profatio.

189.

Loca memoriae Artificia-

lis.

176.

Loci Amplificationū.

71.

Loci insiti.

51.

&c.

Loci laus.

94.

Loci notificatio.

22.

Loci Oratorij.

50.

&c.

Loci remoti.

51.

Lo-

INDEX RERUM ET VERBORVM.

Locorum communis su-	Musica.	102.
pelles.	Mutarum rerum amplifi-	
Locorum utilitas. 99. usus	catio.	72.
111.		
Locus communis.	N.	
dilatandi fontes.	Nares.	182.
Lustrica Oratio. 125. 145.	Narratio.	3. 115.
	Natura ad eloquentiam.	50.
M.	Natura personæ.	90.
Magistratus institutio.	Necessarium.	97.
130. 144.	Nobilitas.	83.
Magna, quæ dicatur.	Nomen.	90.
Manus.	Notatio.	32.
Materia Artis.	Novatio verborum.	149.
Materia Rhetoricæ.	Numerus Oratorius.	172.
Materialis causa.	Nuncupatio.	132.
Mathesis.	Nuptialis Oratio.	123. 146
Mechanica.	O.	
Medicina.	Obscuratio.	164.
Medius stylus.	Obtestatio.	164.
Memoria.	Occupatio.	159.
Membrum periodi.	Oculi.	18.
Mentum.	Odium.	60.
Merismos.	Oeconomia sapietiarum ver-	
Metabasis.	versæ.	99.
Metaphora.	Officium Rheticæ.	47.
Metonymia.	Onomatopœja.	153.
Metus.	Opinio.	31.
Misericordia.	Oppositio contrariorum.	92.
Mixta Chria. 4. Epitro-	Optatio.	164.
la. 17. 145. Fabula. 2.	Optica.	102.
Ethopœja. 12.	Oratio funebris.	135. 142.
Montis laus,	jocosa. 144. Lustrica. 125.	
24.	145. Nuptialis. 123. 146.	

INDEX RERUM ET VERBORVM.

paranymphæa.	146.	Polymathia.	104.
Ordo epistolæ conte- xendæ.	18.	Præcisio.	157.
Ordo verborum in pe- riodo.	166.	Præjudicium.	55.
P.		Prætermissio.	161.
Panegyricus.	121. 146.	Praxis Stemmatum.	131.
Paradigmata orationū, & epistolarum.	139.	Principis inaugratio.	
Paradoxon.	161.		28. 143.
Paranymphæa Ora- tio.	146. 129.	Laus.	88. &c.
Paralepsis.	162.	Privantia.	53.
Parecbasis.	162.	Probabilia, quæ sint.	18.
Paronomasia.	157.	Prolepsis.	159.
Parrhesia.	163.	Pronominatio.	152.
Partes Rhetoricæ.	49.	Pronuntiatio.	171.
Partium distributio.	52.	Præpempticum.	133. 147.
Passiva Ethopœja.	12.	Prosopographia.	14.
Patres Ecclesiæ.	101.	Prosopopœja.	160.
Pedes in periodo, qui?	172.	Prophonema.	132. 147.
Periodus.	171.	Prosthepis.	157.
Periphrasis.	153.	Protasis.	171.
Permissio.	164.	Prudentia.	96.
Peroratio.	120.	Pudor.	68.
Per quæ dilatandum.	92. 98. 175.	Pugnantium amplifica- tio.	71.
Personæ laus.	85. &c.	Pulchritudo.	86.
Petitio.	43. 127. 146.	Q.	
Philologia.	104.	Quadrata periodus.	171.
Philosophia.	10.	R.	
Plantæ laus.	94.	Ratio.	117.
Poëtica.	3. 104.	Recapitulatio.	110.
		Reputatio.	6. 120.
		Regionis laus.	92.
		Regnorum hist.	106. 107.
		Relata.	53.
		Re	

INDEX RERUM ET VERBORVM

Remoti loci.	55.	Spes.	13.
Responsio.	159.	Statica.	102.
Respsio epistolaru, à pag. 26. ad 45.		Status causarum.	116.
Reticentia.	162.		117.
Rhetorica.	104.	Stemmatum praxis.	131.
eius na- tura, officium, finis, & materia. 47. partes, & au- xilia. 49.			147.
Robur.	86.	Strategetica.	103.
Romana hist.	106.	Studio, amplificatum.	195.
Rotunda periodus.	172.	Stylus triplex.	148.
S.		Subjectio.	159.
Salutatio epistolæ.	18.	Supercilia.	181.
Sanitas.	86.	Superlatio.	154.
Sapientiæ vñiversæ Oeco- nomia.	99.	Sustentatio.	161.
Scientia.	86.	Syllogismus.	148.
Scientiæ laus.	92.	Symbolica.	108.
Senis laus.	88.	Synchoresis.	163.
Sententia.	5. 6.	Synœciosis.	157.
Sententiarum figuræ.	158.	Synonyma.	173.
Severiores literæ.	101.		T.
Similiter cadens.	157. de- sinens. 158.	Tabulæ.	56.
Similitudo.	52.	Temperantia.	96.
Similiūm amplificatio.	72.	Templi laus.	94.
Synecdoche.	151.	Temporis laus.	Ibid.
Sorites.	119.	Temporis notificatio.	22.
Species.	52.	Testes.	56.
Species epistolarum.	25.	Theologi.	101.
Species Orationum.	121. 128. 139.	Thesis.	14. 18.
		Timor.	64.
		Topographia.	14. 105.
		Tormenta.	56.
		Transgressio.	154.
		Transitio.	165.
		Translata verba.	250.
		Tri-	

INDEX RERVM ET VERBORVM.		
Trimēbris periodus.	171.	Vitij vituperatio.
Tristitia.	62.	Vitiosa exordia.
Tropus.	150.	Vitiosa verba , quæ?
	V.	Vituperatio. 10. 45. 46.
Valedictio epistolæ.	22.	Vocis moderatio. 179.
Verborum amplificatio.		Vultus. 181.
173. delectus. 149. or-		U.
do in periodo.	166.	Ubi? dilatandum. 91. 98.
Verecundia.	68.	175.
Veterinaria.	103.	Urbis laus. 91.
Viri laus.	88.	Usus figurarum. 158.
Virtus.	84. 86.	Usus &c vtilitas Loco-
Virtutes. 87. Exordij. 114.		rum. 99. 111.
narrationis.	115.	Utile. 96.

FINIS.



85.
14.
49.
46.
79.
81.
98.
91.
58.
20.
11.
96.



~~OLIVAVAD~~
~~SOM A SOL NITIS~~
~~200~~

~~1651~~

~~1651~~

~~1651~~

